



**D. Ioannes Evangelista. Rodolphi Gwaltheri Tigurini in  
Euangelium Iesu Christi secundum Ioannem Homiliae  
CLXXX.**

**Gwalther, Rudolf**

**[S.l.], 1568**

**VD16 W 1038**

17. Glorifica natum Pater, & nunc hosce tuetur, Qui me sublato tristia  
multa ferent. Ipse vbi sum, mecum volo sint qui verba salutis Admittunt,  
vera suscipiuntq[ue] fide.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71827](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71827)



gent, & celestium bonorum desiderio animos accendunt, qui aliis terrenis addicti illa facile negli-  
gent. Quid ergo offendimur afflictionibus, quando in his nihil nouum aut insolens nobis accidit, &  
illas non sine causis necessarijs Deus immitit?

Quia verò natura infirmi sumus, consolationem adhibet Dominus, & docet, quo argumento  
ben & fiduciam nostram in persecutionibus fulcire debeamus, Confidite (inquit) ego vici mundum,  
Mundi nomine intelligit quicquid saluti piorum aduersum est, ipsum nimirum satanam, huius or-  
gana homines impios & sanguinarios, peccatum, mortè & inferos. Vicit hæc omnia Christus, quan-  
do peccatum mortis suæ merito expiauit, mortem resurrectione sua exarmauit, & ipsum satanam  
regno suo expulit, ut nunc nihil in nos iuris ipse habeat, neque per suos quid amplius possit, quàm illi  
Deus permittit. Vis autem argumenti seu consolationis istius in eo est, quòd nobis mundum hunc  
& eius principem Christus deuicit. Quia enim propter nos homo factus est, & se totum nobis impen-  
dit, omnium quæ fecit & passus est fructus ad omnes eos pertinet, qui ipsum fide vera recipiunt. Ideò  
Iohannes in epistola sua fidem ait esse victoriam nostram, quæ mundum vincit; & Paulus se omnia  
posse gloriari in Christo Iesu, qui ipsum corroboret. Et hæc referri debent exempla sanctorum veri-  
tatis testamenti, qui & cognatos sibi carnis affectus & aduersariorum horribiles minas vna cum  
dicit supplicijs superauerunt, quando omnia potius sufferre & perpeti, quàm à Christo deficere vo-  
luerunt, in quo sibi salutem & victoriam partam esse sciebant. Crebrò igitur meditemur hanc sen-  
tentiam Domini, quæ summam omnium, quæ hucusque dicta sunt, continet. Et quoad mundum &  
huius vite curriculum, non aliud nobis polliceamur, quàm crucem & dira persecutionum pericula.  
Quid si quando respirare datur, Dei bonitatem agnoscamus, qui nostræ infirmitatis rationem ha-  
bit, & bene vtatur otio aut pace nobis concessa. Interim armemur fidei constantia, & in quouis cer-  
tamine firmiter teneamus Iesum Christum, qui vt exemplo suo nobis præiuit, ita suo etiam auxilio  
alerit, vt omnibus aduersis superiores facti, olim in cælis cum ipso regnemus, pro cuius nomine nunc  
sustipiamur. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Christus vicit mundum.

CAPVT XVII.

Hæc locutus est Iesus, & sustulit oculos in cælum, dixitq;  
Pater uenit hora illa: glorifica filium tuum, ut & filius tuus glo-  
ficet te: Sicut dedisti ei potestatem in omnem carnem, ut omni-  
bus, quos dedisti ei, det uitam æternam. Hæc autem est uita æter-  
na, ut cognoscant te solum esse uerum Deum, & quem misisti Iesum  
Christum.

**Q**UOD DIVIMVS hucusq; postremas Iesu Christi conciones, quibus suos discipulos instituit  
simul atq; cõsolatus est. Finem verò & usum omnium quæ dicta sunt, ipse hunc ostendit,  
vt quoad in mundo hoc viuere datur, nos ad crucem & omnis generis afflictiones præpa-  
remus, pacem verò in ipso habeamus, qui vt mundu et huius principem vicit, ita salutem certam et  
omnibus numeris absolutam nobis acquisiuit. Hic modò preceationem subiicit, quæ nulla in scriptu-  
ra præstator & salubrior habetur. Hæc enim doctrinam priorem & huic interpositas promissiones  
obsequat, & veri Mediatoris officio fungitur, dum Deo patri suo ita nos commendat, vt commenda-  
tionis huius vis & effectus perpetuò duret, & propter hanc illo propitio fruamur, quotquot ipsum  
fide vera apprehendunt. Nobis autem initio statim Christi factum obseruandum venit, quòd nimi-  
rum doctrinæ mox preces subiungit, quibus patri gratiam expetit. Ita enim omnibus verbi admini-  
stris simul & auditoribus exemplum præbet, quòd imitentur. Quia enim plantando & rigando nihil  
propiciatur, nisi Deus det incrementum, & efficaci spiritus operatione corda nostra illuminari, et abi

Kk 3



et flelli oportet pro ea assidue oremus necesse est. Et hinc vetus ille ecclesia mos originem suam  
quo ceteris et conciones sacras à divini numinis invocatione auspicamur, et easdem non sine precibus  
publicis dimittimus. Observant hunc morem diligenter quotquot vere pietatis et salutis propria  
studio ardent. Et contra animos impios et prophanos produnt, quicunque preces eiusmodi negant,  
et vel tardius in cœtum sacrum veniunt, vel sermone finito mox è templo sese proripiunt propriam  
Dei gratiam et spiritum invocant. Excitet ergo nos Christi exemplum et nostra corrumpant  
atque infirmitatis consideratio, ne id negligamus, quod ab ipso Dei filio, et à Prophetis quibusdam  
stolis tam studiose observatum fuisse audimus.

Modus quem  
Christus in pre-  
cando tenuit.

His præmissis Ioannē audiamus, qui quem precandi modum Christus tenuerit, annotat huius  
bis: Hæc locutus est Iesus, et sustulit oculos in cælum, dixitque, &c. Primum oculos in cælum sustulit  
dicitur. Quem gestum illi familiarem fuisse apparet, cum eo alibi quoque, vix sit, sicuti in Lucæ  
suscitatione vidimus: et eiusdem Matthæus quoque, 14. in quinque panum historia meminit. Ex-  
primit autem gestus hic mentis ardorem et eum invocandum esse docet, qui ut omnia que cælum  
tinentur creavit, ita in cælis suam quoque maiestatem et potentiam imprimis exercit. Hinc ergo  
lim sancti etiam studuerunt, ut in Psalmis esse videre, ubi hæc verba leguntur: Leuoculatus  
ad montes, unde nam veniat auxilium meum: Auxilium meum à Domino conditore cæli et terræ.  
Psalmo centesimo vigesimo primo. Item Psalmo centesimo vigesimo tertio: Ad te leuoculatus  
qui habitas in cælis. Quin ipse Christus hunc gestum præcipere videtur, quando nos inter precationem  
dicere iubet: Pater noster, qui es in cælis. Discamus ergo animis ad Deum subleuoculatus orare, et  
valetudinem fieri potest, animi pietatem atque fidem gestu etiam externo testemur. Permittit  
hunc manuum quoque expansio in cælos, qua nos ab ipso Deo pendere profiteamur, et diuini auxilii  
desiderium exprimimus. Obseruauit hæc probe Diuus Chrysostomus, qui in homilia quadam de  
Christi exponens, Veri adoratores in veritate et spiritu, et cetera: inter alia sic scribit. Cum manus  
expandis, pedes aperis, faciem in cælum erigis et oculos aperis, quid aliud facis, quam ut cælum  
mem ostendas Deo? et cetera. At qui se totos Deo ostendunt et offerunt, se quoque in hoc mundo  
fiduciam habere testantur. Arguit hoc eorum superstitionem, qui orantur oculos ad imaginem  
rigunt, cum ubique nobis cælorum conspectus pateat, et nusquam non occurrant Dei opifera, quibus  
lium sapientiam, bonitatem et potentiam nobis in mentem reuocare possunt. Deinde aperta et la-  
voce precatur Dominus. Atqui ea illi minime opus erat, neque etiam nobis ea opus est apud nos,  
qui corda hominum inspicere et gemitus atque suspiria suorum exaudit. Quia verò ista precatio  
discipulorum et piorum omnium consolationem atque institutionem facere debebat, tam distincte  
bis et clara voce fieri oportuit, ut quid nam nostro nomine Christus à patre petieris sciamus, pro-  
de possimus certa et firma consolationis argumenta sumere. Interim hoc quoque, nostræ infirmitatis  
bisariam seruit. Docet enim, ut quacunque ratione animos nostros à vanis cogitationibus immo-  
mus, quæ ferè nobis inter precandū obrepere consueverunt. Admonet præterea ne orationis impu-  
deat inter homines, quam confessionis fidei speciem esse scriptura sacra docet, et Martyres conuen-  
tellexerunt, qui idè ferè omnis generis supplicia perpessi sunt, quod Deos falsos noluerunt conuen-  
Et notum est Danielis exemplum, qui cum prius occultius orare soleret, postea cum preces in  
regio edicto prohiberentur, aperitis fenestris quasi in publico precatus esset, ne fidem suam negotii  
dissimulare videretur. At quia de his alibi quoque dictum est, nunc ad reliqua progrediamur.

Precationis  
Christi argu-  
mentum.

Sequitur enim ipsa precatio, cuius tria sunt capita principalia. Primum pro seipso orat, pro  
causam suam Deo patri commendans. Vbi non opus est disputare, cur orari Christus, qui per  
diuinitate de seipso et rebus suis poterat ex suo arbitrio statuere? Quia enim verum hominem assu-  
pserat, multa fecit, quæ in diuinam naturam non cadunt, facta tamen opus erant propter infirmitatem  
carnis infirmitatem. Secundo pro discipulis intercedit, quos duris et grauius certaminibus exer-  
cendos esse, et proinde præsentis auxilio et singulari gratia Dei opus habituros esse sciebat. Tertio  
precationem hanc ad omnes extendit, qui in ipsum credunt. Est ergo hæc generatim intercessio, quæ  
fructus ad nos omnes pertinet, et quæ suo effectu etiam hodie durat, et in finem seculi viget, quæ  
bit, sicuti initio diximus. Quoad primum caput, in præsentis nonnulla proponuntur, quæ etiam  
videbimus.



Christus se glorificari petit.

Proposicio primæ partis est: Pater, venit hora illa, glorifica filium tuum. Vbi nemo putat, Christum de hora aliqua astrologica loqui, quales superstitiosi fingunt, qui homines & humana omnia astris subicere solent, & horam unam aliam feliciter auspiciorem esse sibi persuadent. Sed tempus illud præfinitum & æterno Dei decreto constitutum intelligit, quo ipse in mundum venire & humani generis redemptionem facere debuit. Ergo sensus verborum est: Venit iam tempus illud, quo regnum tuum inter homines instaurari, & huius mundi principem ex male occupata possessione ejici oportet. Quia verò mihi, priusquam hæc fiant, multa ferenda erunt, non dura modo & acerba, verum etiam ignominiosa, tu quæso me glorifica, id est, asserere & tuere meam gloriam: ut meminum omnibus constet, me tuum esse filium & promissum humani generis redemptorem, &c. Hæc enim Christi gloria est, quam inter homines conservari oportet, & quam se nemini alij datum esse apud Isaiam Capite quadragesimo secundo testatur. Verè autem ratas habuit filij sui preces pater. Nam est ignominiosam in cruce mortem obierit, mox tamen horrendis signis eius innocentia atq; Deitati testimonium tulit, quando Solis lumen obscuratum, terra immensi motu concussa, porta cum templi velo scissa, simul etiam sepulchra patefacta sunt. Secuta est deinde tertio die gloria et mortis resurrectio, quæ se mortis victorem esse declaravit. Inde in caelos subiecit corpus suum, & inde spiritum suum misit discipulis, qui illo instructi regnum & gloriam eius in toto orbe terrarum propagarunt.

Hic verò non oscitanter considerari debet, quid est certæ horæ aut temporis meminit, quo ista Providentia Dei non tollit preces. Hæc enim meminit esse certò sciebat, nihilominus tamen preces fundit, quibus eadem à Deo patre expetit. Sui enim exemplo docet, preces & reliqua pietatis exercitia per Dei providentiam & promissiones nequaquam aboleri, ut quidam inepti & superstitiosi humanarum virium & nostrorum operum asserunt vociferantur: sed in illis potius nos confirmari, ut eò ardentius & maiori cum fiducia oremus, quando de Dei promissis certi sumus & nostram salutem in æterno illius decreto fundatam esse sumus. Neque rata esse possunt preces nostræ, nisi ex fide procedant, quæ Dei promissionibus nititur, & ut petamus quæ ipsius voluntati consentanea sunt.

Ceterum petitionem suam rationibus confirmat, & eas potissimum allegat, quæ ipsum omni ambitionis & gloriæ inanis suspitione liberant. Prima est: ut & filius tuus glorificet te. Quasi dicitur: Petitionem in rationibus confirmat. Non mihi soli hoc peto, neque volo ut propter me quicquam facias, quod tue gloriæ deroget: sed ut huius rationem habeas rogo, & meam gloriam ideo vindices, ut omnes homines per me in cui nominis cognitione adducantur, te colant & tibi uni serviant. Ut enim Christi gloria, quoad homines in eo consistit, ut Dei filius & unicus humani generis servator esse prædicetur: Ita patris gloria est, si illius bonitatem, misericordiam, veritatem, iustitiam & omnipotentiam omnes agnoscant. At quia hæc in Christo potissimum elucet, certò constat huius gloriam cum patris gloria coniunctam esse. Altera ratio est: Sicut dedisti ei potestatem in omnem carnem, ut omnibus, quos dedisti ei, vitam æternam. Quibus verbis ita dicere videtur: Tu me orbis dominum constituisti, & mihi genitrici dedisti, ut mea sint hereditas. Da ergo, ut omnibus, quos dedisti mihi, ego vicissim vitam æternam dare possim: & ne qui eorum meæ crucis infamia offensi à promissæ salutis hereditate excidant. Dicuntur autem dati Christo à patre, quos alibi scriptura electos vocat, & qui illum fide vera amplectuntur. Petit ergo glorificari Christus, partim propter Deum patrem, cuius gloriam ex ipsius cognitione pendere diximus: partim ut nostræ salutis consulatur, cuius ergò ille in mundum venit & homo factus est.

Vbi discimus quæ nobis quoque precum nostrarum finis & scopus esse debeat, quando persecutionis tempore veritatis doctrina obscuratur, Dei cultus evertitur, & multi deficiunt à fide, eamque vel diserte negant, vel turpiter dissimulant. Hic nobis ante omnia Dei gloria cordi esse debet, quia ad hanc conditi sumus, & eundem patrem nostrum esse profiteamur. Admonet nos de hoc Dominus, quando in orationis formula, quam ipse nobis præscripsit, primum locum ei petitioni tribuit, quæ postulamus, ut patris nomen sanctificetur. Et hoc potissimum sanctos olim spectavisse, ipsorum preces testantur, quales sunt: Non nobis, non nobis Domine, sed nomini tuo da gloriã. Cur enim dicant in genibus, Vbi nunc est Deus eorum? Deinde publicè hominum salutem studeamus & oremus, ut eam Dominus tueatur & plures quotidie in eius cognitionem adducat. Quia enim hanc cum sua gloria



coniunctam esse Deum non vno loco restatur, huius studiosi non poterunt censeri, quae quorundam illorum re negligunt. Debet hoc ipsum in privatis quoque afflictionibus observari: ubi admodum temporum peccant, qui vultu & grumitu immodico animi sui impatientiam testantur, Deo imperio praescribunt, precum vero suarum finem atq; scopum vnicum sibi propositum habent, ut secum vultu & genio suo indulgeant. Hi cum & fide careant, & adversus Deum insolenter insurgant, ad iniqua & sibiipsis noxia postulent, merito repulsam patiuntur apud eum, qui ut iustus & iustitia nostra salutis studiosissimus est.

Christus orbis  
totius dominus.

Observabimus praeterea, quae de sua potestate hoc loco Christus dicit. Dedit ei (inquit) potestatem in omnem carnem. Est ergo totius orbis Dominus, quod propheta passim testatur, & proinde adversus Deum rebellant, qui ipsum nolunt suum regem agnoscere. In quem vero finem hanc potestatem data est? Ut vitam aeternam det omnibus suis, qui in ipsum credunt. Itaque potestatem salutificam est, non qualem tyranni exercent, qui regni sui potentiam & gloriam in populi oppressione, immodicis exactionibus & quibus mandandi imperio consistere arbitrantur. Quod autem nobis promittit Christus, hoc res ipsa docet. Nam si omnem eius, quam in terra egit, vitam inquit, hoc vnum ab illo factum fuisse videbis, quod omnibus benefecit, laesit autem neminem, quod illi dicitur simul & miraculis quosuis obvios in salutis per ipsum acquisita consortium attrahere videtur. Debent nos ista excitare, ut libenter eius imperio colla nostra subijciamus, ne eius inquam detestando (quod revera leve & salutiferum est) satanae tyrannidi nos ipsos exponamus, qui hoc vnum querit, ut quos in suam massam pellexit, miserè perdat. Quia enim vita aeterna donum Christi est, quod solis ijs debetur, qui in ipsum credunt, ab eius societate excludantur oportet, quosque ipsum perdere & eius imperio atq; legibus subijci nolunt.

Ratio confe-  
quendi vitam  
aeternam.

Quia vero in vita aeterna mentionem incidit, modum & viam huius consequendae indicat. Ait enim: Haec est vita aeterna, ut cognoscant te solum esse verum Deum, & quem missi huiusmodi Christum. Probe autem haec ijs quae praecesserunt, conveniunt, adeoque eorum explicationem & causa redditionem pleniorum continent. Perinde enim hoc est, ac si diceret: Cum in eum finem nostris dicitur pater, ut electis tuis dem vitam aeternam: haec autem in tui & mei cognitione potissimum consistat, opus omnino fuerit, ut meam gloriam vindicet, ut me omnes agnoscant, & per me in vitam aeternam cognitionem adducantur. Et Dei cognitionem quidem ipsam vitam aeternam vocat, sed quod illa via & ratio est, qua ad illam pervenitur. Quam diu enim Dei cognitionem desistimus, in tenebris & in morte sumus: eod quod sine illa neque in cultu Dei aliquid certi habere, neque vitam aeternam rationem ad illius placitum instituere possumus. Quae causa est, quod cum nostra salutis studiosissimus sit Deus, hoc potissimum agit, ut in sui cognitione nos instituat. Hanc enim in fide et in caritate quod cum Abrahamo & eius posteris percussit. Ab hac legis suae promulgationem orditur. Hanc propheta passim praedicant. Imò hic praecipuus omnium Dei operum & iudiciorum finis est, ut omnes agnoscere, agniti vero timere, colere & eidem fidere discamus. Sed & gentium sapienter in Dei cognitione praecipuam sapientiam & hominis felicitatem consistere putarunt, & proinde in illa munda omnes ingenij vires intenderunt. Quia tamen ijdem verba luce desistebantur, & hanc cognitionem dilata sequebantur, irritum fuit omne illorum studium. Quod non ineleganti christi Simonides olim confessus est, ut supra capite decimo quarto, Homilia centesima trigesima secunda dicitur. Cuius modestiam si reliqui quoque omnes secuti fuissent, & hodie etiam sequerentur, quae ex parte deo de divinis omnibus temere pronuntiant, minus errorum inter homines cerneretur.

Cognitio Dei  
in quo consistat

Audiamus ergo Christum, qui veram Dei cognitionem (quanta nimirum nobis ad salutem proficere potest) breviter & dilucide comprehendit. Nam vitam aeternam in eo consistere ait, ut patrem cognoscamus solum esse verum Deum. Non debent autem haec verba sic accipi, quasi si Deum esse neget Christus, vel a patris substantia seipsum excludat: quo sensu olim Arianus hoc dicitur abusi sunt, & nostro seculo aliquos hoc suae impietatis quasi principium & fundamentum posuerunt, super quod novi Arianismi aedificium superstruere conati sunt. At qui ita exponunt, Christum sibi ipsi contradicentem fingunt, qui antea non vno loco se patri coaeternum & coessentialium esse restatur est. Et ne omnia eius quae superius audivimus reperamus, mille testimoniorum potest censeri, quod supra Cap. 10. dixit: Ego & pater vnum sumus. Et in praesenti non obijciuntur



Deitatem asserit, quando se vitam aeternam electis dare ait, quam solius Dei donum esse omnes scriptura docent. Quae omnia Ioannes apostolus probe considerans de Christo scribit: Hic est verus Deus & vita aeterna. Cur ergo sic loquitur ait? Ut cognoscant o pater te solum esse verum Deum. Respondeo, hic simpliciter de vero Deo verba fieri, & hunc innumeris gentium Dijs opponi, qui tunc in orbe colebantur. Solum autem hunc cognosci vult, ut reliquos illos omnes excludat. Quem sensum Paulus quoque secutus esse videtur, quando in priori ad Corinth. capite octavo ait: Scimus, quod nullus est Deus alius, nisi vnus. Etiam si enim sint qui dicantur Dijs & in caelo & in terra (sicut sunt Dijs multi & Domini multi) nobis tamen vnus est Deus, Pater ille, a quo omnia, & nos in ipso. At quando scriptura simpliciter absque personarum respectu de Deo loquitur, patrem quidem nominat, sed in illo filium simul & Spiritum sanctum comprehendit. Nam quae passim nobis Deum vnus predicat, simul tamen Iehouae nomen & propria filio quoque, & spiritui tribuit, & sic in vna Dei tatis essentia tres personas monstrat. Quicumque ergo huius loci auctoritate Christum Deitatis gloriosum, & cum patre minorem faciunt, ij verba eius violenter in alium sensum atque vsum detorquent. Nec enim hic inter se & patrem quoad diuinitatis naturam distinguere voluit, sed in Mediatoris persona loquitur, & vnus veri Dei cognitionem nobis commendat, qui est Pater, Filius & Spiritus sanctus. Discamus itaque hanc demum veram & saluiferam esse Dei cognitionem, quae vnus & solus verus Deus agnoscitur, & sic quidem, ut hoc vno contenti simus, omnemque salutis fiduciam in eo vno collocemus. Est hoc religionis & salutis nostra praecipuum caput, sicuti ex fide de Deo Decalogo & tota scriptura apparet. Et idem hoc inter fidei articulos primo loco maiores nostri posuerunt: vbi fatentur nos credere in vnum Deum, patrem omnipotentem, creatorem caeli & terrae, &c. Constat ergo Christus hoc dicto omnes, qui Deos plures fingunt, & quae apud vnicum illum queri debebant, in creaturas aut Diuos caelites transferunt. Si enim vna aeternae ratio in eo consistit, ut solum verum Deum agnoscamus, ab ea exorbitabunt procul dubio, quicumque alios illi conuigere, aut in eius locum nonos substituere solent.

Ceterum in veri Dei cognitionem non venit absque mediatore, qui est filius Dei in carne manifestatus: quod ipse supra testatus est, dicens: Nemo venit ad patrem nisi per me. Ideo addit hoc loco, Et quem misisti Iesum Christum. Missionis meminit ut ipsum in Mediatoris persona loqui intelligamus, & ita simul comprehendit eorum suae incarnationis mysterium, cuius hic finis & vsus est, ut per ipsum Deo patri reconciliari seruemur. Itaque non de vulgari Dei cognitione hic loquitur Dominus, qualem demones quoque habent, qui (ut Iacobus dicit) & Deum esse credunt, & coram illo contumiscunt: sed eam intelligit, quae ex fide est, & quae homines per ipsum Deo coniungit, atque ipsam ad Dei imaginem reformat. Commendat hanc Paulus, quando ad Colossen, scribens monet, ut excuto veteri homine nouum induamus, qui renouatur ad agnitionem, secundum imaginem eius, qui condidit ipsum. Eandem etiam propheta intelligit, quando fore aiunt, ut omnes gentes relictis superstitionibus & idololatria Deum verum cognoscant & ad illum conuertantur. Quod ideo diligenter obseruari debet, ne quis sibi ipsi imponat, dum vulgarem illam Dei cognitionem, quam impij quoque cum demonibus communem habent, ad salutem sufficere arbitrat. Hic enim de vera & vna sermo est, quae solus electis contingit, & quae cum fide coniuncta homines in filios Dei regenerat. Unde simul colligitur, salutem in sola Christiana religione & fide inueniri, quia sola haec Deum verum in Iesu Christo agnoscit, & illi per hunc nos conciliat. Imò haec nos in filios Dei regenerat, & dum hic viuimus in omni tentationum lucta victores facit: hac autem vita defunctos in caelestis regni hereditatem euehit. Huic ergo studeamus, & relictis hominum placitis atque traditionibus, vnum Iesum Christum audiamus, qui vnicus aeternae veritatis doctor & caelestium bonorum mediator nobis a patre constitutus est. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternam. Amen.

Christus mediator inter Deum & nos.

Ego te glorificauit super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi ut facerem. Et nunc glorifica me tu Pater apud te ipsum ea gloria,



quam habui apud te priusquam hic mundus existeret. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi: tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quod omnia quae dedisti mihi, abs te sunt. Quia uerba quae dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt & cognouerunt uerè quod à te exiui, & crediderunt quod tu me misisti. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro ijs quos dedisti mihi: quia tui sunt, & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & glorificatus sum in eis. Et non sum amplius in mundo, sed ipsi in mundo sunt, & ego ad te uenio.

**Q**uamuis Dominus noster Iesus Christus precatorem, quae hoc capite describitur, propter in-  
iustitiam, primò tamen de ijs agit, quae ad ipsius personam pertinent: eò quod sine illi sua  
nostra non potest consistere. Petit autem ut pater gloriam suam asserat, ne crucis ignominia & re  
hac enascente scandalo obscuretur: sed potius veri Dei cognitione omnes illuminentur, & uita  
ternam in ipso inueniant. Vidimus eo loco quantum & quam ardens sit Christi studium, quod sciam  
nostram promotam cupit, & quod idem generalis omnium seruator sit, qui ipsum uera fide appre-  
hendunt. Sequitur modò praesens hic locus, quo primum quaedam subiicit, quae ad praecedentium  
strationem atq; confirmationem faciunt: deinde ad alteram huius precatorem partem transiit, quae  
scipulos patri commendat.

Qualem glori-  
am Christus pe-  
tat à patre.

Quoad primum, petitionis suae causam adducit, simulq; docet qualem gloriam sibi dicitur.  
Ego (inquit) te glorificauit super terram: & caetera. Senus est: Aequum & iustum est, ut quoniam  
gloriam prouehunt, uicissim te quoque suae gloriae & honoris vindicem habeant: Atqui ego te glo-  
rificauit, & me totum tibi impendi. Iure igitur peto, ut me etiam glorifices tu, eòq; iustor est, ut  
petitio, quod nihil noui aut à me alieni peto: sed ut eam mihi gloriam vindicet, quam apud te habui  
priusquam hic mundus existeret. Fac ergo, ut sicuti tuus sum filius ad aeterno, tu idem tuam glo-  
riae, maiestatis & potentiae nunc caro quod, quam ex tua uoluntatis decreto assumpsi, in gremio  
illius caelestis societatem recipiatur, & me talem esse tibi toti innotescat. Itaque apud patrem  
glorificari, ne quis ipsum inanem & caducam huius mundi gloriam querere arbitretur. Atque  
hic nonnulla diligentius consideranda ueniunt.

Deus ipsum glo-  
rificantes glo-  
rificat.

Primum, quod se ideo à patre glorificari petit, quia ipse illum glorificauerit. Et si hoc per se  
iustitia diuina regula, quod sua gloria vindicet Deus honore & gloria uicissim exornat. Exempla  
eius rei passim occurrunt, quae imprimis illi considerare debent, quos propter munus, quod sustinent,  
auctoritate praeter ceteris instructos esse conuenit: quales sunt ecclesiarum ministri, magistratus, doctores,  
ces, pedagogi, patres familias & horum similes. Quod si idem aliquando à mundo ingratis inuoluntate  
sua pietatis praemia referunt, & multorum odijs expositi sunt, qui eos consummatione praesentium  
apud Deum tamen glorificantur, qui huius seculi infamiam aeternae & caelestis gloriae praemia  
ciet, & apud posteros quoque nominis ipsorum famam vindicabit. At quia de his alibi quae  
atum est, hic consulo breuius sumus.

Quomodo  
Christus patrem  
glorificauerit.

Deinde, quomodo patrem Christus glorificauerit, uideamus. Exponit hoc ipse, quando ait  
Opus consummaui, quod dedisti mihi ut facerem. Quod uerò opus illud fuit, quod filio patrem  
dauerat? Hoc nimirum, ut miseris mortales ex peccati & diaboli seruitio redimeret, & eos  
ex errorum & superstitionum tenebris ad ueri Dei cultum reduceret, denique Dei patrem  
gnum in terris instauraret. Fecit haec omnia per doctrinam Euangelicam & miracula, quibus  
nis uerò per mortem, quae peccata hominum expiauit, & resurrectionem, qua mortis uires & ter-  
boli imperium fregit: ascensionem item, qua de omni potestate aduersaria triumphauit, suam  
carnem in caelestis aeternae beatitudinis sedes intulit, ut pignus esset totius summae aliquando  
redigenda, ut Tertulliani uerbis utamur. Nunc uerò opus istud se consummauisset dicit, quia  
que ad eius perfectionem adhuc restabant, iam in foribus erant, & haec quoque intra pau-  
los dies perficienda esse cerè sciebat. Hinc uerò generalis doctrina peti debet: Deum obediencia  
stra potissimum glorificari. Ue enim magistratum maiestas & gloria in populi ad quam patrem



industria maxime elucet, & parentibus ex fidei filiorum obsequio plurimum gloria accedit: Ita Deo tunc demum honorem verum & ipsi longe gratissimum exhibemus, si obedientia nostra & obsequii mandatorum eius executione illi seruire studeamus. Tunc enim & illius iustitie, sapientie & veritatis testimonium ferimus, & simul nostro exemplo alios ad ipsum glorificandum excitamus: quod & nobis fiat, Christus apud Mattheum Capite quinto peculiari precepto mandat. Et haec causa est, quod per Samuelem Sauli dicit Dominus: Melior est obedientia quam victimae, & auferre praestat quam offerre adipem arietum. Potest autem haec doctrina latissime diduci, & debeat eam sibi ipsi applicare omnis loci & ordinis homines, ut discant, tunc se Deo honorem & cultum gratissimum exhibebunt, si in eius voluntatem intente ea sedulo praestent, quae ab illo in mandatis accepertunt. Sed probe hic obseruari debet, eam demum obedientiam Deo probari, quae in Dei praecceptis respicit: imò non mereri obedientiam laudem eos, qui in rebus agendis nullo certo Dei praeccepto nituntur. Seipfos ergo & alios fallunt, qui inanes & arbitrarios cultus ob edientiae titulo palliant, quam ecclesiae debentur aiunt. Nec enim ecclesia est nouas leges ritusque, nouos condere, sed à Deo accepta fideliter custodire. Omnes ergo illi cultus ad eadem pertinent, quam vniversam olim demanuit Deus, quando hominum statuta & traditionibus se nequiquae coli dixit. Deo igitur verum cultum praestant, qui verbum eius audiunt, Christum fide vera apprehendunt, sacramentis ritibus viuunt, innocenter viuunt, charitatis student, & praeterea pro sua vocationis ratione vel in ecclesia sedulo docent, vel in foro ius dicunt, vel artes manuales exercent, vel agros colunt, vel liberales sanctè educant, &c. Haec enim Deus fieri iussit, alia vero ab hominibus partim superstitiosis partim auaritis excogitata sunt.

Habemus praeterea loco hoc evidens & luculentum aeternae diuinitatis Iesu Christi testimonium. Si enim gloriam habuit apud patrem priusquam mundus crearetur, ipsum quoque ante mundi constitutionem fuisse oportet, & proinde aeternus verusque Deus est. Sufficit hoc argumentum pijs aduersus omnes hereticos, quorum alij Christum ante incarnationem plane nullum fuisse, & in virtutibus vero demum cepisse, alij etsi augustinus de eo sentire videantur, illi tamen principium nescio quod tribuunt, & eundem patre minorem esse contendunt. Nisi enim eum mendacem dicere velimus, illam ante mundi huius creatione extitisse, & proinde aeternum esse fateri oportet. At cum hoc verum & solius Dei proprium sit, illum Deum esse constat, patri coessentialem & eiusdem cum illo naturae. Quia vero haec alibi fusiùs tractata sunt, nunc omisit ijs ad alteram huius praecationis partem transire, quae pro discipulis siue apostolis suis intercedit. Et ea considerari dignissima reuerat ob causas, maxime vero ob eam, quod inde apparet, quanta apud nos esse debeat doctrina ipsorum auctoritas.

Ordatur autem ab eorum descriptione, & multa praemittit in ipsorum commendationem, ut ostendat se hoc quoque iusta & aequa petere. Summa enim omnium est, eos germanos esse discipulos, qui dicitur in manu Dei ex animo amplexi, & proinde digni sint, quos pater sibi commendatos habeat. Sed multis hoc dicit, ut magis consoletur, ideoque praestat singula verba inspicere. Primum ait: Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi, &c. Nomen Dei (ut alibi monuimus) in scripturis dicitur omne id, ex quo ipse cognosci potest, vel potius quicquid de illo praedicatur, & à nobis sciri creditur debet. Vult ergo dicere, eos abs se in veri Dei cognitione probe institutos, & proinde aequè esse, ut qui soli illum verè nouerunt, ab eodem seruentur. Deinde exprimit de quibus loquatur, cum addit: Quos dedisti mihi è mundo. Et mox hoc ipsum clarius exponens subiicit: Tui eras, & mihi eos dedisti. Quorum verborum hic mihi sensus esse videtur: Non ego hos ex priuato carnis affectu mihi deligi institutos, neque ipsi se mihi temere iunxerunt, sed cum tui essent, & iam inde ab aeterno in bonum rsum destinati, tu eos mihi dedisti institutos, & spiritus virtute animos eorum mouisti, ut me vocantem secuti sint, & mihi per omne laborum & periculorum genus comites indiuulsi adhaererent. Aequum ergo est, ut eos cures atque tuearis. Patet autem huius quoque dicti veritas ex apostolorum vocatione, in qua obedientiam eiusmodi videmus, qualem illi nunquam praestituri fuissent, nisi Deus efficaci spiritus sui operatione animos illorum traxisset. Tertio, & sermonem tuum seruauerunt (inquit) & cognouerunt, quod omnia quae dedisti mihi abs te sunt. Id est, bonos & fidei discipulos se praebuerunt. Nec enim audierunt modò verbum tuum ex me, verum etiam animo

Deitas Christi  
asseritur.

Pro discipulis  
intercedit.







Almoner etiam hic locus, quibus capitibus potissimum constet Christi cognitio & vera in hunc  
 fides. Apostoli enim duo cognovisse & credidisse dicuntur ex verbo Dei. Primum, quod à Deo exi-  
 erit, id est, quod verus & æternus sit Dei filius. At quia idem verus quoque homo factus est, quod  
 ipsum illis perspectissimum erat, vix Deum simul & hominē in vna indivisa persona agnouerunt.  
 Alterum, quod à Deo sit missus. Missionis nomine officium significatur, cui illum pater destinavit,  
 & cuius finis erat (vt ante diximus) humani generis redemptio. Talem ergo nos quoque agnoscere &  
 credere oportet: vt quoad personam eius, non in carne quam assumpsit subsistamus, sed in eius diui-  
 nitatē intendamus mentis nostræ oculos, Deumq; ipsum in carne manifestatū esse credamus. Nam  
 nisi id fiat, nullo stabili fundamento fides nostra nitetur, & proinde incerta vacillabit. Quoad verò  
 officium eiusdem, à Deo prædestinatum & præfinito tempore missum credamus, qui nos redimere,  
 regnum Dei in terris instaurare, & æternus ecclesiæ Dei Rex atq; Sacerdos esse debuerit. Et hæc  
 quidem cognitio non aliunde peti debet, quam ex Dei verbo: eò quod mysteria hæc carnis ratione cõ-  
 prehendi non possunt, sed spiritus reuelatione est opus, qui serè verbo, seu instrumento ordinario, v-  
 nitur. Coniunguntur autem à Christo simul fides & cognitio: eò quod sine fide nihil de Christo cogno-  
 sci potest, fidei autem tanta est certitudo, vt cognitio aut scientia dici mereatur, cum non ex inani  
 mentis speculatione, sed ex certo & in scripturis reuelato Dei verbo dependeat. Sed quia de his  
 quæque alibi plura diximus, sufficit pjs ea nunc obiter perstrinxisse.

Redamus modò ad Christum, qui his præmissis precationem infert, dicens: Ego pro eis rogo: nõ  
 pro mundo rogo, sed pro ijs quos dedisti mihi. Habent autē singula verba emphasim. Primò enim di-  
 scipuli suam personam exprimens, ait, Ego. Quasi diceret: Qui filius ille tuus dilectus, tibi coæternus  
 & consubstantialis sum, & qui homo factus te inter homines glorificasti, & cuius preces non potes sper-  
 are, cum et benignus pater & iustus remunerator sis. Deinde eos quoque exprimit, pro quibus orat,  
 vt indignos commendare videatur. Non inquit pro mundo rogo, sed pro ijs quos dedisti mihi. Intel-  
 ligi autem mlti nomine eos, qui in corrupta illa humani generis massa pertinaciter herent, vt nec  
 ipsi ad Christum accedant, neq; hunc ad se venientem admittant. De his ante dixit, quod spiritum  
 veritatis non possint accipere, cuius virtute electi regenerantur. Nunc igitur eosdem à suæ inter-  
 cessionis effectu, & proinde à patris quoq; gratia in vniversum excludit. Est hoc etiam dictum, quo  
 dedimus salutē, cuius nobis auctor est Iesus Christus, ad solos credentes pertinere, qui relicto mun-  
 do & huius studijs ad illius ecclesiam transeunt: ab eadem verò exclusos esse omnes, quosque in  
 mundo herent, & ab illo discedere aut segregari nolunt. Quod vixim diligentius expendere,  
 qui hodie Christum quidem profitentur, interim verò carnis desideria secuti mundo adherent, huius  
 amicitiam deseritis Dei mandatis præferunt, & ideo huic gratificantur, vt eò liberius voluptuari  
 & carni genio indulgere queant. Continentur isti adhuc mundi societate, & proinde à Christi inter-  
 cessione & Dei patris gratia exclusi sunt, quocunq; titulo pallientur. Interim meminimus, Christi  
 exemplum non temere nobis imitandum esse, vt ipsi quoque aliquos ex priuato affectu damnare &  
 nostrarum precum intercessione indignos iudicare velimus. Alia enim est nostra, alia Christi ratio.  
 Hinc enim, quia in sinu patris est, & omnium arcanorum regni Dei conscius, nouerat qui nam cura-  
 bilis esset, & qui curari nullo modo possent: ideoq; preces suas certo cum discrimine & iudicio in-  
 finuare potuit. Nos verò istud ignoramus, & fieri potest, vt nunc totus mundo addictus sit, qui ta-  
 men ex electorum numero est, & suo tempore ad ecclesie & salutis societatem accedet. Habemus  
 præterea Christi præceptum, qui inimicos diligere & pro illis orare iubet, qui nos diris deuouent &  
 excruciantur. Hinc ergo nos accommodemus, & quæ nostrum sensum exuperant, Dei iudicio relinqua-  
 mus, qui singulis olim iuste retribuet.

Porro vt ista intercessione magis confirmarentur discipuli, rationes & argumenta repetit, qua  
 prius adduxerat. Inter hæc præcipuum est, quod ab electione & prædestinatione æterna desumpsit,  
 & ideo illud ipsum hic quoque primo loco producit. Nam pro illis rogo (inquit) quia tui sunt, id est,  
 electi & ab æterno in tuorum album ascripti sunt: & quia non alios tibi commendo, quam quos pro  
 tuis semper agnouisti, illos negligere nullo modo potes. At amen ne ista temere dixisse, aut de patris  
 voluntate dubitare putes, mox rationem dicti huius intercessit: Mea omnia tua sunt, & tua mea  
 sunt. Quasi diceret: Non sine causa hos tuos esse dixi. Quia enim inter nos est essentia, potestatis, gla-

Christi cog-  
 nitio & fides in  
 quibus consto-  
 rant.

Christus inter-  
 cessionem suam  
 ad discipulos  
 restringit.

Intercessionem  
 argumentis cõ-  
 firmat.





ria, rerum deniq; omnium cōmunio, ego autem hos pr̄ ceteris omnibus vocavi, vt mei sint discipuli & familiares: idem certē ea ratione tui quoq; sunt. Neg, etiam ista tam multis vtgeo, quod te negligere existimem: sed quia non minus mei quā tui sunt, meritō mihi cura sunt, & vt tui commendatissimi sint curare debeo. Hic autem non officitanter pr̄terire debemus, quod in actum patris pr̄destinationem & gratuitam electionem subinde respicit Christus, & inde argumentum erit, quibus preces suas confirmet. Ergo pr̄destinatio atq; electio neq; preces neq; alia pietatis exercitia abolent (vt quidam superstitioni humana iustitia & nostrorum meritorum propagatorum vt ferantur) sed ad ea potius nos excitant, dum illa Deo grata & accepta esse docent. Sed alterum quoq; rationem consideremus, quā ex discipulorū persona petit, dicens: Et glorificatus sum vt pater. Potest hoc ad antea & futura referri. Glorificatus enim iam erat in discipulis Christus, quā soli illi eum secuti sunt, quē pleriq; alij hostiliter persequebantur. Secuta verō est maior gloria, quā do pr̄dicatione sua totum penē orbem in Christi cognitionem adduxerunt. Eo autem sensu per D. mallagen factum dicit, quod breui & cerō futurū sciebat. Nos autem rursus obseruamus, factum fidelem esse remuneratorem eorum, qui ipsius gloriam atq; honorem prouebunt. Excitemus nos eius fides, vt pro eius gloria quiduis faciamus atq; feramus, neque nos eius pudeat, quā vt extremam ignominiam, mortemq; ipsam subire dignatus est. Si enim in principum vnius sceleratiam multafaciunt, qui sese eorum seruitio addixerunt, & ab illis sua virtutis premia expectant, turpe fuerit nos hū ignauiores deprehendi, qui Christi regis regum serui censerī volumus. Sacerdotium quoq; argumentum adijcit à necessario: Non sum amplius in mundo, sed ipsi in mundo sum, ego ad te venio. Sensus est: Neesse est vt tibi eos cōmendem pater. Ego enim illis posthac vniuersalabor vt hactenus, ipsi autem in hoc mundo innumeris laboribus atq; periculis agitantur: proinde tuo auxilio & protectione opus habebunt. Hac autem de corporis discessu & adfinitate ligi debere totus verborum contextus indicat, imprimis autem collatio, quā se non amplius in mundo fore, discipulos autem adhuc in eo diutius versaturos esse testatur. Quod ipsum ex veteribus D. Augustinus diligenter obseruauit, qui inter alia patri commendatos ait, quos ipso corporali pr̄sentia relicturus erat. Nos verō discamus, Christum suos neq; deseruisse neq; negligere, licet corpus iam mundo sustulerit. Nam & patri eos cōmendauit, qui nos pupilla oculi sui chariores habet, & prophetam promittit: & ipse simul nobis ad est sua virtute & spiritu, quo ecclesiam & singulorum membra protegit atq; gubernat. Hoc vt consolationem nobis affert dulcissimam & valde efficacem, ita monet simul ne phanaticorum quorundam exemplo abrepti de eius corporali pr̄sentia cōtemniamus, quā (vt alibi audiuimus) auferri oportuit, vt toti à Deo & spiritu gubernatione privemur. Potius ergo in Apostolorum doctrinam intēsi simus, quos Dei filio tantopere coram discipulis commendauit. Pr̄dicarunt hi illum solum, & in illo monstrarunt quæcunq; nobis ad salutem cōspicienda necessaria sunt. Hunc igitur amplectamur vera fide, & in ipso seruabimur: cui debetur vniuersa honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

## HOMILIA CII.

Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint vnum, sicut & nos. Cū essem cum eis in mundo, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodiui: & nemo ex eis periit mihi similis ille perditionis, ut scriptura impleatur. Nunc autem ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego tradidi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt ex mundo, sicut & ego non sum ex mundo.

Postquam Dominus & redemptor noster, Iesus Christus, seipsum & causam suam Deo commendauit, mox altera huius precatōnis parte pro discipulis suis intercedit, quos precatōnis euangelicæ ministerio destinauerat. Facit autem hoc magno seruo, cum quod dicitur periculis exagitandos fore sciebat, tum quod & illos & eorum successores confirmare uoluit, ut in eorum



et pericula succumbant: sed cogitent se Deo patri commendatissimos esse, & proinde sub illius protectione tutos fore, quam diu ipsorum opera ecclesie utilis esse poterit. Nuper autem causas praecipuas exposuit Dominus, cur pro illis oret. His in praesenti ipsam petitionem subiicit, quae & ipsa rationes aliquot interpositas habet.

Proposicio & summa petitionis est: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut serua meum, sicut & nos. Sensus autem verborum est: Tu qui & pater & sanctus es, & istos in eum serua mihi dedisti, ut eorum ministerio tuum nomen in toto orbe sanctificetur & illustre fiat: serua quoque eos in tuo nomine, ut unanimi studio & consensu officium faciant, adeoque unanimis & consensus, qui inter nos est, typum atque imaginem referant. Et ratas fuisse istas preces, Actorum historia testatur. Qui enim prius ambiciosi contentionibus inter se frequenter commisi fuerant, postea unanimiter cohabitauisse leguntur, quando spiritus sanctus super illos venit, qui eosdem arctiori vinculo constringit, ut per illos tota credentium multitudo ita coalesceret, ut unum cor & una sententia anima fuerit. Sunt autem verba haec digna, quae singula diligentius inspiciantur.

Primo patet admodum ait, Pater sancte. Et patris quidem nomine comprehendit, quicquid de eius bonitate, gratia, clementia, fide & veritate dici potest. Eundem vero sanctum dicit, ut innuat, eum qui ad omni vicio & prauo affectu alienissimus est. petitionem tam iustam tamque necessariam rejicere nullo modo posse. Suo autem exemplo docet, ut ipsi quoque inter orandum tamquam animo concipiamus, qui pro paterna sua bonitate nihil eorum nobis negaturus sit, quae per se a qua & sancta, simulque nobis ad salutem necessaria sunt. Admonet nos de hoc orationis Dominica exordium, quo patrem nostrum inuocamus, qui ut in caelis regnat & omnibus, quae sub caelo sunt, dominatur: ita nullis affectibus terrenis laborat, sed totus sanctus, iustus & bonus est. Et scriptura nobis passim paternam Dei bonitatem & amorem nobis commendat, quo illo suos prosequi solent. David certe in Psalmo centesimo tertio sic canit: Ut pater miseretur liberorum, ita Dominus eorum miseretur, qui timeant eum. Apud Isaiam vero ipsemet testatur, se nos amando eum quoque afflictum superare, qui in matribus erga suos liberos tenerimus & vehementissimus esse solet. Et hoc veri dicit, sepius experimur, quando tunc etiam ille nobis prospicit, cum a parentibus negligimur. Est autem haec consideratio utilissima, imo necessaria, ut fidem nostram fulciat, sine qua precum effectus nullus est. Simul vero officii nos ista admonent, ut quando nobis cum patre, & quidem cum patre sancto negotium est, ipsi filios agamus probos & obedientes, atque sanctimoniam sectemur, sine qua (ut Apostolus ait) nemo videbit Deum. Notum est enim illud in Lege: Sancti estote, quia ego sanctus sum. Sancti autem erimus, si primo Christum amplectamur, qui nobis a patre sanctificatio factus est, deinde vero actiones nostras omnes Deo consecremus, & innocentiam eam constantem tueamur, in quam ille nos constituit. Vide quae de hac re scribuntur 1. Corint. 5. & 6. Item 1. Thessal. 4. &c.

Deinde, serua eos (inquit) in nomine tuo, id est, tua virtute, providentia, bonitate, veritate & gratia. Diximus enim alibi, nomen Dei esse quicquid de illo praedicatur: & quia idem ipsa est Veritas, nihil de illo praedicant scripturae, quod ipsi non vere insit. Ita vero loqui voluit Dominus, ut ostendat, in mundo nihil praeter labores assiduos, pericula & omnis generis aduersa sperari posse (sumus enim in terris hisce peregrini, & mundus reuera mare malorum est, quod nouis quotidie ventis atque fluctibus turbatur) salutem vero in solo Deo debere quaeri, qui solus sua virtute omnibus imperat, & proinde tueri potest ubique locorum, quos semel in suam fidem suscepit. Ideo David in Psalmo nonagesimo primo canit: Qui sedet in abdito excelsi, sub umbra omnipotentis commemoratur: Dicis Domino, asylum meum & arx mea, Deo meo nitar, &c. Et Christus alibi quoque suos discipulos ad Dei patris providentiam remittit, qui passerulos & pullos cornuorum curat, & capiti nostri pilos in numero habet. Docet autem nos, quando aduersis premimur, in Dei nomen respicere, ubi multiplex consolatio se nobis offert. Quia enim bonus & misericors dicitur, procul dubio nostris miseris tangitur: quia pater est, filijs suis consultum volet: quia veritas vocatur, promissis suis nunquam deerit: quia omnipotens & Domini exercituum nomen gerit, eadem praestare potest, quia sapientia est ipsa, in quavis necessitate viam & rationem salutis facile inueniet: denique quia iustus & remunerator est, bona fide eos tuebitur qui ipsius gloriam illustrare &

Orat ut discipuli unanimes sint.

Pater sancte.

Serua eos in nomine tuo.





ipſi fidele obſequium præſtare ſtudent. Latiffimè ergo iſta patent, & exemplis quoque immenſis probari poſſunt: quæ omnia nobis in mentem reuocat Chriſtus, quando orat, vt nos patet ſeruari ſuo nomine.

Vt ſint unum ſicut & nos.

Præterea modum quoque ſalutis exprimit, dicens: Vt ſint vnium, ſicut & nos. Debet autem ſimilitudo hæc non exponi de ſubſtantia vnitate aut identitate (vt alij dicunt) quæ inter patrem & filium eſt: quia vt ſic vniamur neque poſſibile neque vtile eſt, multò minus neceſſarium. Sed in Delectatoris perſona loquitur Chriſtus, & ſimul de fructu nos admonet, qui ex ipſo ad nos redundat. Quæ dicitur: Quemadmodum ego tibi vnitus ſum, vt in me omnes bonitatis, ſapientie & gratia theſauri contineantur: ita facias vt iſti quoque inter ſe coaleſcant animis ſuis, & ſub me (quæ illis caput factus ſum) vnium corpus fiant, ſicque bonorum omnium conſortes efficiantur, quæ in vnio genere per me conferre decreuiſſi, &c. At hæc probe obſeruari debet, quod ſalutis modum & rationem nobis in vnimitate & conſenſione monſtrat. Eſt ergo hæc non viliſſimo modo, vt vnimitas neceſſaria. Quia niſi in ipſo coaleſcamus, ſæda & horribilis diſſipatio oritur in fide, in cultu & moribus ſeu vite totius conſuetudine. Nam ſententiarum de Deo & ſalutis noſtræ ratione diſſitas ipſos quoque animos ſcindit, ceremoniarum verò diſſimilitudo ſchiſmata & ſectas excitat: inſuper ſi à corporis eccleſiaſtici vnitate auellamur, mox carnis affectibus abrepti per omnes vitiorum vagamur, adeoque indomita libidine in omne ſcelus ruimus. Deinde Deus, qui vnus Deus eſt, non niſi iſis ſua gratia & ſpiritu ad eſſe ſolet, qui vnanimi conſenſu & ſtudio concorditer ſe vniti ſunt. Ibi enim (vt Pſalmus 133. docet) mandauit eſſe benedictionem & vitam perpetuam. Vnde nos à contrario colligimus, apud eos maledictionem Dei, iram & interitum impendere, qui abrupto Chriſtiana vnitate vinculo ſimulatibus, rixis, & contentionibus indiligenter ab iſdem nihil rectè aut feliciter fieri poteſt. Nam vt ira viri (quæ diſſidia nunquam non curari ſolet) non operatur iuſtitiam: ſic inſeliciter cedant oportet omnia iſis, quos Dei maledictio perſequitur. Sunt hæc probata omnium ſeculorum exemplis, & tam nota ſunt omnibus, vt præcipua quoque authores dixerint: Concordia res parua creſcunt, diſcordia magna dilabuntur. Ex quibus quantas turbas & quàm ſædas diſſipationes olim in eccleſia dederint epiſcoporum diſſenſiones & concertationes, nemo ignorat. Et quantum hodie noceant eccleſia atque reuoluentis Ennagis propagationi, qui dogmata diuerſa inuehunt & eadem ambitioſis contentionibus fouent atque propagant, omnes pij vident. De republica verò quid attinet dicere, cuius inculumtatem à magiſtris & ciuium conſenſu poſitiſſimum pendere omnes cordati intelligunt, & experientia quotidiana docet? An verò publice aliquid rectè aut bene fiat inter diſcordes, cum in priuatis adibus non datur? In horum igitur conſideratione ſæpe & ſtudioſe verſentur eccleſiarum paſtores, neque diſſidulum illis videatur eam vnitatem ſcindere, pro qua Chriſtum iam moriturum imprimis ſollicitum fuiſſe videmus. Obſeruent hoc ipſum qui rem publicam adminiſtrant, ne dum priuatas cauſas ſuauitatis agunt, publicorum diſſidiorum authores ſint. Et idem ſibi quoque dictum putent participatiua, ne dum inter ſuos ſimilitates fouent, rem domeſticam ſimul omnem euertant. Quod ſi vnus vnus alienis exemplis & aliunde petitis rationibus non mouentur, ſeipſos quoque & corporis inſtitutionem inſpiciant. Vt enim in hoc membrorum conuulſione & concors humorum diſpoſitione præcipua valetudinis bonæ cauſa eſt & conſeruatrix: ita ſi vel membra phrenetico ſurore inter ſe commiſſa ſe mutuò laniant, vel humores ſuis locis deturbati inordinariè miſceantur, mox morbi, marulatio, & tandè mors totiusque corporis interitus ſequi ſolet. Potuit olim Menenius Agrippa modi Apologo feroces Romanorum animos mitigare, vt poſitis diſſidijs in concordiam redirent. At hodie tanta vbiq; animorum concertatione pugnatur, vt rixæ illæ rationes locum inueniant, quæ certiffima mundi ad interitum ruentis nota eſt.

Vnionis Chriſtiana ratio.

Ceterum hæc probe tenendum eſt, quæ ſit vera vnionis & conſenſionis Chriſtiana ratio. Examinum, quæ ad ipſius Dei exemplar inſtituitur, & in Chriſto Ieſu radices habet, qui vt nos Deus patri reconciliat, ita ſuo etiam ſpiritu connectit, & eiufdem fidei vinculo artiſſimè conſtringit, vt nullas diſſidiorum cauſas admittere poſſint, qui ſe in illo vnium corpus factos eſſe intelligunt. Eſt hæc propter illos obſeruandum, qui conſenſum in ſuperſtitionibus & idololatria concordia Chriſtiana



nonne palliant, et nos ecclesie unitatem scidisse vociferantur, qui toti in hoc sumus, ut relictis super-  
 stitionibus & sectis, quæ ex illis enatæ sunt, omnes ad unum pastorem Iesum Christum colligantur.  
 Et sane nimium impudentes sunt isti, qui fidei unitatē à nobis scindi queruntur, quæ nulla unquam  
 inter eos fuit, & quam illi nunquam monstrare poterunt, nisi consensum in erroribus & supersticio-  
 nibus multum inter se pugnantibus fidei unitatem dicere velint. Si enim una & eadem est omnium  
 fides, cur alius Benedicti, alius Bernardi, alius Augustini secta colit? cur inter illos factiosa Fran-  
 ciscanorum, Dominicanorum, Iacobitarum, Ioannitarum, Paulinorum nomina audiuntur? cur per  
 diversas vias ad celos contendunt? cur Diuos diversos invocant? cur vestitu, sacris, ceremonijs in-  
 ter se differunt? Nemo igitur vel istorum clamoribus & querelis, vel specioso unitatis prætextu  
 moveatur. Nulli minus audiri debent, qui collusionem impiorum in scelere huius mundi studijs  
 concordie titulis commendant, & nos pacis simul & concordie publicæ turbatores esse dicunt, quan-  
 do improbas hominum prophanorum societates verbi prædicatione dissolvimus, omnesq; hortamur,  
 ut relictis impuri mundi studijs Christiane innocentie & charitatis leges custodiant. At quid hæc  
 aliud facimus, quam quod Christus fore prædixit, quando ait, se non venisse ut pacē constituat aut  
 pacem (eam enim, quæ infelix mundus gaudet) sed gladium, quo impie illæ sceleratorum collu-  
 siones disscindantur? Hunc ergo audiant, & in hoc firmiter per veræ fidei unitatē coalescant, quot-  
 quot Christiane pacis & concordie amantes sunt.

Vnde verò hæc unitas procedit, aut quibus rationibus ad eam perveniri potest? In nobis certe  
 illa minime reperitur, qui ut privati affectibus indulgemus, ita novas quotidie damus turbamur  
 atq; discordiarum occasiones. Ex Deo igitur illa obtingit, qui ut unus est ipse, ita unum quoq; facit  
 omnes eos, qui se ipsi verè & ex animo consecrant. Suo enim spiritu nostræ carnis affectus mortifi-  
 cat, & auhor nobis est, ut idem sentiamus, & mutua charitate incensi, quæ aliorum sunt quæra-  
 mus, non quæ nostra sunt. Hunc ergo Christus orat in presenti, ut suos discipulos sui spiritus virtute  
 constringere velit, ut sancta unitate inter se coalescant. Et eundem hodie asiduis precibus sati-  
 que debent, qui ecclesie dissidijs consultum, aut illa sublata, volunt. Ad hæc in eius voluntatem at-  
 que verbum omnes inspiciant, & hanc sibi unitam constituent suæ fidei & vitæ regulam: & mox  
 illa vera resurgetur, quæ & Deo probabitur, & nobis plurimum momenti ad veram pietatem  
 conferet. Qui verò ista negligunt, ij profecto nimis aperte se produnt, quod nec gloriæ Dei studio, neq;  
 publicæ aut privatæ salutis cura tangantur.

Petrò redit Dominus ad rationes, propter quas discipulos patri tam sedulo commendat, quæ  
 ferè à necessario desumptæ esse videntur. Primam his verbis enuntiat: Cum essem cum eis in mun-  
 do, ego servabam eos in nomine tuo, &c. Sensus est, quod ipso iam discedente, qui illis antehac fides  
 patronus & protector fuerit, nunc alio patrono & tutore opus habeant. Et in patris nomine se eos  
 servasse ait, non quod se à patre inferiorè aut minorem faciat quoad divinam naturam: aut quod  
 omni cura & gubernatione ecclesie suæ in posterum longum Valere renuntiet: sed in Mediatoris per-  
 sona loquens, se divinæ voluntatis ministrum & executorem hæctenus fuisse docet, & post hæc etiam  
 suam curam & studium illis non obscure pollicetur. Sic ergo vult dicere: Feci hucusque ò pater stu-  
 dijs, quicquid mihi ex æterno tuo decreto in mandatis dedisti, & quàm diu in terris versatus sum,  
 mihi concessit ea fide servavi & defendi, ut nemo ex eis perierit, nisi filius ille perditionis, Iudas  
 nimirum, qui (ut scripturæ testantur) perditioni devotus & prædestinatus fuit. Nunc autem ad  
 te venio, id est, nunc tempus instat, ut peracto meo officio, non amplius corporaliter in terris ver-  
 seris, sed assumptam ex hominibus carnem ad te in celestis vitæ consortium eueham. Priusquam ergo  
 istud fiat, hæc in mundo loquor: & quidem publicè ipsis audientibus, ut habeant gaudium meum im-  
 peratam in semetipsis, id est, ut certam & efficacem habeant consolationem, quæ illos de salute per-  
 me parta, de tua item bonitate & protectione non patiat dubitare: & proinde inter media quoque  
 persecutorum pericula in me solidum gaudium gaudere possint. Sic ergo patri eos commendat, ut  
 seipsum minime excludat, cum gaudium illud, quo vno pij in hac vita sustentantur, non alibi quàm  
 in seipso monstrat. Quapropter idem Christus, qui olim suos servavit, hodie etiam ecclesie suæ & sin-  
 gulorum fidelium propugnator atque protector est. Docet hoc alibi evidentius, quando se pastorem  
 illum donum esse pronuntiat, & cuius manu oves nemo possit rapere. Item de seipso, quem Petrus con-

Unitatis au-  
 thor Deus.

Ostendit neces-  
 sarium esse, ut  
 pater discipu-  
 los servet.





Jesus erat, loquens ait: Super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & porta inferorum non pre-  
ualebunt aduersus eam. Et rursus, Ego (inquit) vobiscum sum usque in consummationem seculi.  
Patri tamen commendat, vt nos in carnis sue presentiam respicere, aut in illo presidio exteriori  
fidere prohibeat: sed ab vnus Dei gratia & auxilio pendere doceat, qui suorum professor fides est,  
neque externis presidij opus habet. In hunc quicumque respiciunt, ij gaudio vero & solido fructu  
cuius nobis auctor est Christus, & quod nullis huius seculi miseris exstingui potest. Huiusmodi  
vero omnia incerta & lubrica sunt. Falluntur ergo, quotquot in illis aliquam spem sine fiducia colu-  
cant. Imò miserrimi & stultissimi sunt mortalium, quicumque relicto Deo ad alia presidia confugiunt,  
quae quam vana sint quotidie experimur.

Christus suo-  
rum rationem  
reddidit patri.

Debet praeterea diligenter obseruari Iesu Christi exemplum, qui iam moriturus Deo patri  
exactam reddidit rationem eorum, quos seruandos & instituendos ab illo acceperat: & ne tunc quae  
se omni officio defunctum arbitratur, nisi in posterum quocumque illis prospiciat. Est hoc magna fidei  
studij praecleari argumentum. Imitari autem illum debent omnes ministri ecclesiarum, qui vt  
quocumque speculatorum & pastorum instar constituti sunt: ita ab illis etiam rationem exiget Deus, vt  
impune ferent, si quem sua vel perfidia vel negligentia perdididerint. Vide quae in hanc sententiam  
cuntur apud Ezechielem Cap. 33. Item Matth. 25. in talentorum parabola. Quibus placet con-  
niunt, quae Paulus in Miletana Synodo Asiae ministris magna cum grauitate proponit. Ad illa  
Vtinam vero istorum meminissent, qui vel ignaui omnia disimulant, vel etiam ob vile lucrum  
ecclesias suas deserunt: sicut pinguioris stipendij spes affulget. Viderint illi, quomodo rationem reddi-  
turi sint Deo, cum nihil minus dicere possint, quam quod in presenti de semetipso dicit Christus:  
quod ministris dicitur, hoc ipsum ad principes quocumque, et magistratus pertinet, ad patresfamilias, cum  
& puerorum institutores, ad omnes denique, quorum fidei & cura aliqui vel publice vel priuatum  
missi sunt. Cogitent omnes isti, se Dei depositum custodire, & prouide cum sacrilegio committant  
ignauiam seu perfidiam, quae illi perduntur, qui Deo consecrati esse debent.

Iude non pro-  
fuit Christi  
industria.

Simul vero nos hinc etiam meminisse oportet, quod et si omnem industriam atque fidem in  
seruandis adhibuerit Christus, perijt tamen Iudas perditionis filius. Et hoc secundum scripturas  
etum fuisse dicitur: quod non ita accipi debet, quasi praeter animi sui voluntatem volentem in  
abreptus sit. Num enim propria malitia peccauisse, & fidas admonitiones impie contempsisse  
uimus, quibus eum Dominus ab interitu reuocabat. Quia ergo talem fore praenidit spiritus sanctus,  
haec de illo in scripturis prodicit: non autem quia haec scripta erant, ille peccare & in perniciem  
coactus fuit. Sed de his alibi abunde dictum est. Nunc discamus, non statim damnari debent  
tulantius traduci eos, qui in seruandis & custodiendis suis interdum minus proficiunt: ad  
illorum custodia aliqui exorbitent & male pereant. Accidit hoc olim sanctissimis patribus, ad  
hamo, Isaac, Iacobo, Moysi item & prophetis, & hoc ipsum sibi accidere quoad Iudam, Christus  
statur. Paulus quoque, nonnullorum meminit, qui turpi defectione salutis propriae iacturam fecerunt.  
Non ergo desperent, aut studij suum Deo minus probari arbitrentur fideles ministri, aut quocumque  
alij suum officium bona fide faciunt. Nec enim ipsis fraudi erit incurabilis & deplorata  
malitia: sed in ijs culpa perditionis haeret, qui in impietate contumaciter pergunt, illi vero  
sunt ab omni sanguine, & (vt Ezechiel dicitur) animas suas liberauerunt. Quia tamen per  
rum & graue est, si se operam suam male perdere videant, proderit in hac etiam parte Christi  
imitari, & in scripturas respicere: vbi mox intelligunt, nihil nouum aut insolens sibi accidere, si  
ecclesiam semper habere sua rixantia, quae cum neque corrigi possint, neque sine periculo multum  
euelli, ea ferre oportet usque in diem illum iudicij, quando singulis Dominus digna factis suis  
mia retribuet. Similiter priuatim quoque singuli scripturas sibi familiares habeant, vt ex illis  
tant remedia contra scandalum, quod ex multorum defectione, ex indomita & vulgo regnante  
candi licentia, ex turbis & persecutionibus piorum enascitur. Videbunt enim haec quoque non  
na, sed olim à Christo & Apostolis praedicta esse, & ideo ijs non ita facile offenduntur. Quia enim  
his experiuntur sacrarum literarum veritatem, non dubitare possunt de ijs, quae videm de non  
mo Iesu Christi aduentu, de mortuorum resurrectione, impiorum panis, & piorum praemij habere  
rur: ex quibus consolationem non vulgarem capiunt.



Discipuli mundi exosi.

Ceterum addit his aliud quoque argumentum Dominus, quo docet, necessarium esse ut discipulos pater in suam fidem atque protectionem suscipiat: eod quod toti mundo exosi, & proinde multorum iniuriam atque periculis infinitis expositi sint. Ut autem maior sit argumenti auctoritas, causam odij istius diligenter exprimit: Nimirum, quod non sic mereantur tractari propter sua scelera, sed quia verbi Dei administrati sunt, sed ipsos ab impuri mundi consortio segregavit, ut Deo consecrati esse queant. Ego (inquit) tradidi eis sermonem tuum (ut scilicet hunc in toto orbe divulgent) & mundus eos odio habuit, quia non sunt ex mundo, sicut & ego non sum ex mundo. Rationem huius odij supra Cap. tertio clarius exposuit, quando dixit, mundum propter opera sua mala veritatis lucem ferre non posse, & ideo eos persequi, penes quos illa lucet, aut qui eam inferre student. Seipsum autem cum discipulis conferens, se ex mundo esse negat. Quod non de carnis essentia exponi debet, quasi illam carnis attulerit (quod olim Valentini & Apellii sectatores sinxerunt) sed ad mores, doctrinam, mentem & vniuersum quod in terris debuit exequi negotium refertur: quae omnia non terrestria & mundana, sed caelestia & diuina fuerunt. Discipuli autem ex mundo non erant amplius, quia renati ex spiritu in Dei filios mundum reliquerant.

Nobis autem hic rursus obseruandum venit, doctrinam apostolorum, non humanam, sed vere diuinam, imo ipsissimum Dei verbum esse. Nam ego (inquit) tuum sermonem dedi eis. Quia vero ipsi non alia, quam quae a Christo acceperant, praedicarunt atque scripserunt, Dei sermonem esse constat quicquid per illos ecclesia est traditum. Procul ergo arceui debent, qui verbum Dei aliquod fingunt non scriptum, cuius nulla sit in apostolorum libri mentio, quos illi inanem & mortuam literam vocant: & eam ratione noua quotidie somnia fingunt, quae verbi diuini nomine venditant. Simul vero perstringitur hic mundi infelicis peruersitas, qui & verbum Dei odit, & propter hoc eos etiam persequitur, qui salutem ministrum atque maximorum beneficiorum ipsi auctores sunt. Est hoc vetus malum, quod semper in vobis regnauit, ut passim historia testatur. Quo minus nos hodie offendi decet. Discamus potius quam fallatur, qui de doctrina & fide ex mundi consensu iudicant, & eam doctrinam ab omnibus volunt abici, quae maiori hominum parti probatur, adeoque illis ferè arridet solis, quorum mores & studia abinde restantur eos ex mundo esse, neque adhuc eius studiis renuntiauisse. Praeterea dulcissimam consolationem locus iste continet. Docet enim nos eod magis Deo commendatos esse, quod magis nos mundus odit & infestat. Ut enim boni principes eos pra caeteris amare & suo fauore prosequi solent, quos in suam gratiam periclitari & multorum odia sustinere sciunt: Ita Deus non potest non amare & tueri eos, qui propter ipsum & verbum eius mundo exosi sunt. Quin debet hinc generalis doctrina peti, huiusmodi ope deficiunt Dei auxilium ex alto affulgere: quod omnium seculorum exemplis probatum est. Discamus igitur inter quatuor pericula Deo fidere per Iesum Christum, qui nunquam perire sinec eos, quos mortis suae merito seruauit, & quorum perpetuus apud patrem mediator est. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Apostolorum doctrina ex Deo est.

Non rogo ut tollas eos e mundo, sed ut serues eos a malo. Ex mundo non sunt, sicut & ego non sum ex mundo. Sanctifica eos in veritate tua. Sermo tuus veritas est. Sicut misisti me in mundum, ita & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate.

Quemadmodum homo pro carnis ingenio in omnibus externa modo & terrena respicit: sic de diuina etiam ope & protectione secundum externam faciem rerum iudicat, nec se Deo curae esse arbitrat, nisi eum sibi visibiliter (ut sic dicam) adesse sentiat. Itaque diligenti institutione opus est, ut intelligamus nos tunc quoque a Deo iuari & protegi, quando omnia fallunt, in quibus aliqua antequam spes affulgere poterat. Obseruat hoc diligenter Dominus, cum alibi in suis concionibus, cum in hac sua precatione, qua apostolos patri suo commendans eiusmodi rationibus vritur, quae fidem nostram in medijs quoque periculis confirmare & sustentare possunt. Et nuper quidem summam petitionis pra





misit his verbis: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, &c. At quia hoc obscurius dictum videtur, terat, exponit modo quis petitionis huius germanus sensus sit, quomodo item & in quem finem seruari velit. Estq; huius loci doctrina admodum necessaria. Pleriq; enim (vt modo diximus) seruum seruari putant, si extra omne periculum constituti & omnium malorum immunes sint: idem quam primum aliquid aduersi sentiunt, mox de Dei fide conuerunt, & impatientia rati stationem suam deserunt. Audiamus ergo Christum Dominum, qui de auxiliij & protectionis diuinae modo aut ratione sic disserit, vt simul doceat quid nos quoq; in periculis precari debeat, quem precum nostrarum finem aut scopum constituere debeamus.

Quomodo discipulos suos seruari uelit Christus.

Primo seruandi uerbum explicat, sic dicens: Non rogo vt tollas eos è mudo, sed vt serues eos malo. Est autem è mundo tolli idem quod liberari aut eximi à cõmunibus molestijs, quæ in hoc mundo uiuentibus solè accidere, & morte placida atq; honesta ad æterna uitæ sedes colligi. Malum uero hic uerè exoluere dicitur diabolus, qui peccati et omnis ex eo enascentis mali præcipuum author est. Sensus ergo uerborum Christi hic est: Precatus sum paulò ante ò pater, vt hocce meo discipulos seruari digneris: Id uero non ita accipi uelim, vt à cõmuni priorũ sorte exempti cõtinerent, mox transferantur ad cœlestis regni consortium. Prius enim cur sum suũ absoluant oportet, & quæ ad euangelij ministerium destinati sunt, fieri non potest quin mudo exosi sint, & prouide mudo incommoda nouisq; quotidie periculis obijciantur, quæ illos patienter ferre conueniet. Peto autem eos serues à malo illo & publico humani generis hoste, diabolo: ne uel eius insidijs & illecebris conuenient ad impura mundi huius studia declinent, uel impatientia superaci succubant inter pericula & certamina, quæ illis sustinenda sunt. Docet autè his uerbis Christus, prius salutem suam committatè nõ in otio ignaui & immunitate ab huius seculi molestijs consistere, sed in protectione Dei spiritus uirtute, qua sit, vt aduersa nobis adiumento sint in bonũ, dum illa patienter ferimus, & fide constantes mundo simul & eius principe diabolo superiores efficitur. Itaq; in præsentibus cõtinentibus nobis propositis Dominus, quod imitemur, & secundum quod preces nostras institutam, si quales ce & afflictionibus premimur. Cogitemus tunc primò, nos in mudo uersari, qui vt totus in malis constitutus est, ita periculorum, laborum & omnis generis calamitatum plenus est, & prouide uerum esse, si quid huius ipsi quoq; experiamur. Deinde simul in Dei prouidentiam oculos conuertimus, quæ nihil nobis temere euenire sinit, sed ea etiam certo cõsilio regit, quæ nobis fortitè esse uidentur, aut ab improbis & malitiosis hostibus immittuntur. Huius ergo uoluntati nos patienter subicimus, neq; detrectemus ferre quod ille imponit, qui vt iuste omnia administrat, ita nostri amicus est, & saluti nostræ consultum cupit. Quapropter neq; impatienter aduersus illum murmuramus, neq; eidem præscribere debemus quid faciat: sed hic nobis precum nostrarum finis sit, vt Deo uolentibus in nobis fiat, ipse autem nos contra diaboli insidias tueatur, ne quid à nostra uocatione alienum & saluti nostræ inimicum committamus. Ad hunc modum paulò post Christus orantem ad discipulos monent, & ita nos ille orare iubet in ea formula, quam discipulis tradidit. Huius ergo meminerit, qui in publico aliquo munere constituti laboribus & periculis quotidie nouis exercentur. Elia carni molestissimum, & interdum ponderis grauitate oppressi à statione sua discedere & rursus accipere cupiunt, sicuti in Moysi & Elie exemplis est uidere. Sed tunc succurrat, non in nostro arbitrio uita nostræ cursum, & tam diu nos Deo obsequium fidum præstare debere, quam diu in nostris operibus dignatur, & nos eam multis alijs uilem uel necessariam esse uidemus. Obseruauit hoc etiam discipulus gener Paulus, quando ex uinculis ad Philippenses scribebat: Coartor uirtutem, desiderat dissidat esse cum Christo: nam id longe optimum est. Sed permanere in carne, magis necessarium est propter uos, &c. Idem dicant & sentiant boni magistratus & fidei ecclesiarũ ministri, si quando grauius operare laborum & periculorum uigentur. Vellemus quidem ò Deus, semel omnes molestias depelleret, & hac uita simul & laboribus defuncti tecum in cœlis uiuere. Sed quando tibi aliter beneuolentia est, non hoc petimus, sed vt nos serues ab hostis maligni insidijs, & tuo nos spiritui regas, vt in actionibus & studiis tuæ gloriæ & multorum salutis seruiamus. Hoc ipsum loquantur & ore patentes, quando in filiorum educatione, curijs & laboribus innumeris discruciantur. Singuli deniq; precantur, quando uel egeni esuriunt, uel ex morbis diuturnis decumbunt, uel ex alijs molestijs belli pericula sustinent. Qui hoc faciunt, ij & pietatis & ueræ fortitudinis laudem merentur.



iam Deo obsequi praeferant, & fortiter ferunt quae illis incumbunt certamina. At qui pericula & labores detestantur, aut mori cupiunt quam primum non omnia ipsis pro voto succedunt, ij certe neque neque fortes sunt, cum Deo immorgeri sint, & periculis tam facile succumbant. Erant haec obseruanda Monachis, qui vt mundum reliquissent & toti spirituales & religiosissimi omnium mortalium esse videntur, vocis nouis sese obstringunt, & in latibula canobiorum sese abdunt, vbi vitam viuunt omnium molestia & laboris expertem, neque vllis curis grauantur, quibus reliqui mortales subiacent. Nolunt quidem illi mundo mortui videri, sed reuera vix vlli alij magis in mundo viuunt, cum omnium securi ocio suo consulant. Quos enim dabis alios, quibus melius conueniat impiorum descriptio, quae in Psalmo 73. ad hunc modum habetur. Non sunt eis nexus ad mortem, pingues sunt & prauulidi. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellantur. Item Psal. 144. Promptaria illorum plena, eructantia ex hoc in illud; oues eorum secundae, abundantes in egressibus suis, boues eorum crasse, &c. Habent certe haec omnia sancti illi fratres, & tamen Deo simul & hominibus impudenter illudunt, dum hoc suum vitae genus plus quam Epicureum egregijs voluntaria perpetuas, obedientiae & castitatis titulis exornant. Sed nos relictis illis Christi exemplum imitemur, & in omnem euentum parati simus, fortiterq; feramus quicquid nobis imponit Deus, cui meritis nos obedire conuenit.

Redeamus nunc ad Christum, qui preces has ratione eadem confirmat, quam paulo ante etiam ad lazarum. Ex mundo non sum, sicut & ego non sum ex mundo. Quasi diceret, Non sine causa istos tibi ostendit, tam studiose commendo. Mihi enim conformes facti, se totos mundi huius studijs subdixerunt, & ideo digni sunt, quos in tuam fidem suscipias, ne mundi principi diabolo iterum praedam fiant. At hic hinc meminit oportet, omnia ista non propter Deum dici, qui iam ante illa nouerat, sed propter discipulos, qui in institutione & consolatione opus habebant. Et sunt repetitio huius argumenti ipsos officij sui gratia admonere poterat, ne mundi studijs sese addicerent, e quo ipsos selegerat Dominus. Eadem stando quoq; medebatur, ne mirum ipsis & insolens videretur, si quid aduersi accideret in mundo, in quo se exules & peregrinos esse sciebant. Nos autem hic obseruemus intercessionis huius fructum ad nos solos pertinere, qui mundo mortui sumus, & hoc relicto se totos pietatis & Dei seruitio consecrauerunt. Frustra igitur nomine Christiano & Christi merito aut intercessione gloriantur, qui mundo placere cupiunt, eius studia sequuntur, cum illo voluptatibus & prauis suis desiderijs indulgent, sicq; factis Christum negant, quem ore profitentur. Sunt hi ex eorum numero, quibus olim dicit: Non noui vos, discedite a me qui operamini iniquitatem, &c. Matth. 7.

Porro his sine subicit Christus, ad quem discipuli eius destinati erant, & propter quem illos pariter commendatissimos esse oportebat. Sanctifica eos (inquit) in veritate tua, &c. Est autem sanctificatio, ut aliquam rem sine personam Deo addicere & huius ministerio totam consecrare. Quo sensu nos sabatum sanctificare Lex iubet, & Leuita eadem ratione sanctificati dicebantur. Sic ergo vult dicere Dominus: Scis hos in eum usum destinatos esse, vt euangelium in toto orbe praedicet, & mihi ex omni gentibus populum peculiarem adducant. Tu ergo o pater eos sanctifica, id est consecra tibi, & a mundi cupiditatibus atq; studijs segregatos praepara atq; idoneos reddet, vt huic muneri possint sufficere. Modum vero seu modum sanctificationis ostendit, in Veritate, quam Dei verbum esse testatur. Veritatis tamen nomine vult, vt doceat, se non de legali sanctificatione loqui, quae externis ritibus & ceremonijs consistit, sed de vera, qua homines ex verbo Dei regenerantur, vt sacris vsibus & Dei seruitio idonei fiant, qui prius carnis & diaboli mancipia erant. At hic diligenti obseruatione dignum est, quod apostolos, quos iam pridem euangelij ministerio destinauerat, amplius sanctificari vult Christus. At qui illos ex electorum numero fuisse constat, & hoc ipse supra testatus est, quando eos sibi a patre traditos fuisse dixit. Ab hac vocationem habuerunt legitimam, & eandem relictis omnibus suis fuerunt. Praeterea Christum audierunt aliquot annis, eiusq; doctrina crediderunt, quo nomine eos mundos vocauit. Deniq; ipsimet ab illo emissi docuerunt, & doctrinam suam signis plurimis confirmauerunt. Et quod omnia haec longe superat, multis alijs deficientibus, ipsi soli cum illo perseverauerunt, quo nomine eos inter canendum magnifice commendauit, Luc. 22. At tamen adhuc petit Dominus, vt illos pater verbo suo sanctificet. Nemo igitur tam perfectus est, qui non spiritus augmento operae habeat. Adheret enim carni semper sua corruptio, qua sit, vt sanctissimi quique interdum exorbitet.

Quare discipulos patri commendat Christus.

In quem finem discipulos seruari uelit.

ius dicitur videtur  
& in quem finem  
odo diximus  
um immunes sunt  
& impatientia  
uxilij & protectione  
is precari deat,  
do, sed vt serues  
estis, quae in hoc  
colligi. Malum  
is mali praecipua  
& vt hocce mos  
xemprij ostendit,  
uant oportet, & quae  
& proinde multa  
ueniet. Per  
dis & illecebr  
ccidant inter p  
um salutem & ma  
in protectione De  
ueniet seruis,  
in praesenti ex  
itamus, si quid  
vt totus in malis  
& proinde vni  
oculis concupisc  
ortum esse videt  
patienter saluti  
et a nostri amant  
is illum marmar  
is sit, vt Dei  
a vocatione alim  
stus orant ad  
ius ergo meminer  
cercentur. El  
cedere & vnde  
in nostro arbitrio  
dum is nostri  
seruauit hoc  
desiderat  
cessarium est  
quando grauior  
molestias depone  
aliter huiusq; r  
itu regas, vt  
& ore partem  
guli deniq; p  
exilij molestia  
merentur, quae



Quod ergo Christus discipulorum nomine petijt, hoc ipsum singuli pro seipſis petant, & cuncti in  
sue vocationis dignitate, vel donorum præstantia efferantur, ut quasi nullius rei præterea cogi-  
tatur vitam transigant. Meminerint potius, sibi perpetuo spiritus ductu opus esse, & ideo in precibus  
assidui sint, simulq; aliorum quoq; precibus se iuvare postulent. Quod Paulus diligenter obseruavit,  
cum multa in Christi ministerio non sine totius orbis admiratione fecisset, ecclesiarum tamen inter-  
fione sibi opus esse putauit. Vide Ephes. 6. & c. Elucet præterea hoc loco, quanta sit numerus eccle-  
sistici dignitas, & quod illud non temere quibusuis committi debeat. Si enim olim propheta multa  
paratione opus habuerunt, & apostolis non satis fuit tam diligens & diuturna Christi institutio,  
obsecro de illis sperari debet, quorum in sciticia, mores & studia abunde testantur, quam parum  
schola profecerint? Et si Dominus tam serijs precibus putauit opus esse, quando docendi manus  
stolis credere voluit, quam excusationem satis idoneam præterere poterunt, qui eiu modi negotia  
die per ludibrium tractant, aut dum illa serid tractare videri voluit, pestimis affectibus indulgent.  
Possunt illi hominum oculos fallere, aut etiam inuitis pijs legitimam ecclesie ordinem turbare,  
nunquam effugient Dei iudicium, qui prophanationem ministerij abs se institui inultam non  
Docet præterea locus hic, sanctificationem veram per verbum Dei confici, non inanibus cere-  
monijs aut superstitionis precularum anilium aut exorcismorum demurmurationibus. Quare sancti  
feri debent, nõ quæ iustitiæ, aqua lustralis asperſione, crucibus & histrionica gesticulatione  
sed quæ Dei certo mandato ad usum sanctum & bonum destinata sunt. Ita loci sancti dicuntur  
pla, non propter suffraganeorum theatricas saltationes, quibus in horum consecratione videntur  
quod caribus sacris, verbi prædicationi, precibus publicis & legitimo sacramentorum usus  
tata, quæ omnia diuinitus instituta sunt & certis promissionibus cõmendantur. Eadem sanctum  
quoq; dierum ratio est, quos publicis sui cultus exercitijs Deus consecrauit. Et cibi sancti dicuntur  
quia illorum efus deserto Dei verbo nobis cõceditur, quo docemur nihil quod per os ingrediatur  
nem polluere, siquidem cum fide & gratiarum actione sumatur. Conſuetudine hinc infirmi & infirmi-  
nes, quas sub Antichristi regno homines mepti inuenerunt, & quibus multi demerati sunt, car-  
nem in externis gesticulationibus quarunt, & se eo sanctiores esse arbitrantur, quo propius ad  
num aut simularum mores accedunt. Damnantur item, qui nouis ceremonijs rei plurimas cõstituerunt,  
& propter illas sancta cõferri volunt multa, quorum nullus in vero Dei cultu usus est; quales  
facella, aræ, imagines, ossa mortuorum, cæmeteria, campana, aqua lustralis, sal, palmarum cõ-  
fari, cuculla & sexcenta alia, quibus enumerandis vix dies totus sufficeret. Quo enim Dei  
commendantur? aut ubi nam illa consecrare iussit Deus? Similes hinc sunt, qui monasticos  
sanctos dicunt propter vestium discrimina & ceremonias, quæ non alio fundamento, quam  
traditionibus nituntur. Sanctum potius vitæ genus est, quod in coniugio pijs sequuntur: sancti  
nera sunt, quibus pijs magistratus, ecclesiarum ministri, agricola & opifices funguntur. Ea enim  
davit Deus, qui altera illa iam olim prohibuit, neq; diuersis regulis eos scindi vult, qui sub  
Iesu Christo in unum corpus coalescere debent. Discamus ergo sanctificationem in solo Dei  
rere: quo solo ea veritas traditur, quæ nos Deo cõsecrat, & salutis in Christo participet reddat.  
rursum videmus, quàm miserè fallantur, qui ista in philosophorum scriptis, aut in Theophrasti  
Mahometicis fabulis quarunt, vel scholastica theologie eam laudè tribuunt, quæ vniuersi  
per prophetas & apostolos, imò per ipsum Dei filium nobis reuelato debetur.

Sanctificatio  
per verbum  
Dei fit.

Cæterum hic quoq; rationes affert Dominus, quibus petitionem istam confirmet. Primum hinc  
bis proponit: Sicut misisti me in mundum, ita & ego misi eos in mundum. Senſus verborum est: Vos  
sunt legati, vel tui potius, & eandem mecum vocationem idemq; munus sustinent. Quem admodum  
enim ex tuo decreto in mundum veni & homo factus sum, ut tuam voluntatem prædicem, diaboli  
opera destruar, & tibi homines adducam, qui bucuſq; diaboli mancipia fuerunt: Ita ego istos  
tere institui, ut regnum tuum, cuius ego instaurator sum, verbi prædicatione longe lateq; propage-  
Quia ergo non spontè currunt, sed legitime mittuntur, æquum omnino est, ut tuis donis eos instruas.  
ne tanto oneri impares succumbant. Hic verò rursum generalis doctrina traditur: Eos demum  
verè sanctificari, & donis necessarijs instrui, qui vocationem aut missionem legitimam & præstantem  
huic quando tempus est piè obtemperant. Quia enim Deus fidelis & verax est, minime negabit

Apostoli à Chri-  
sto missi sunt.

Primum hinc  
bis proponit  
sunt legati,  
enim ex tuo  
opera destruar,  
tere institui,  
Quia ergo non  
ne tanto oneri  
verè sanctificari,  
huic quando tempus  
est piè obtemperant.



quas suam vocationem sequi, & in ea fidelem operam nauare videt. Sic olim Moſem dicendi facultate donabat, cum is infantiam suam prætexeret. Sic Iſaie labia purgabat, & Ieremiam animi viribus inſtruebat, cum eos ad verbi ſui miniſterium vocaret. Quod ipſum de alijs etiam prophetis dici poſſit. In apoſtoliſ vero tantæ huius interceſſionis virtus eluxit, vt ipſis quoque ſacerdotibus & ſcribitæ admirationi fuerint propter ſcripturarum cognitionem & dicendi peritiam, qui paulò ante à literarum ſtudijs alieniſſimi opificijs manuarijs vacabant. At nihil huius ſperare poſſunt, qui nõ miſericordiam, ſed priuatis affectibus abrepti muneræ ſuſcipiunt viribus ſuis grauiora. Debent ergo hoc obſeruari omnis loci & ordinis homines, vt nec Dei vocationem anteuerant, neque illius gratiæ diſſident. ſi ſe ad aliquod opus legitime vocari ſentiunt. Obſeruemus præterea hoc loco qualis apoſtolorum miſſio fuerit, & in quem finem illos miſerit Dominus. Sicut miſiſti me in mundum (inquit) ita & ego miſiſi eos in mundum. Videamus ergo quomodo & quare Chriſtus in mundum venerit, & inde conſtabit, quid de apoſtolorum functione nos iudicare debeat. At Chriſtum veniſſe ſcimus, vt opera diaboli destrueret, filios Dei diſperſos in vnam eccleſiam ad Deum colligeret, & regnum Dei inter homines inſtauraret. In eundem ergo finem miſi quoque fuerunt apoſtoli, & hic miniſterij illorum ſpectus fuit. Et Chriſtus quidem illa præſtitit mortis & reſurrectionis ſuæ merito; apoſtoliſ vero huius prædicatio commiſſa fuit, qua filij ſui meritum nobis Deus offert, vt per illud ſeruentur & regni participet. Itaque quos in eum credunt. Ita vero intra ſui officij limites ſeſe continerunt apoſtoli, vt nullis alijs negotijs ſe implicuerint: imò pecuniæ ſacræ adminiſtrationem alijs commiſerunt, cum ſperarent in ſuo miniſterio impediri viderent. Horum ergo veſtigia ſequantur, qui apoſtoliſ videntur & dici volunt. At qui hunc titulum ſibi hodie vendicant, iſerere regna huius ſeculi affectant, luxu & ſaſtu diſſoluunt, & regibus ipſiſ ſuperbè imperant, quos ad pedum oſcula inuitant. Vnde ſatis conſtat, qui & quales cenſeri debeant.

Sequitur altera ratio, qua ſuæ mortis meritum allegat, dicens: Et pro eis ego ſanctifico meipſum, vt ſiſt & ipſi ſanctificati in veritate. Habent iſta præoccupationis ſpeciem, qua diluit quod de diſcipulorum indignitate obijci poterat. Quasi diceret, Sunt quidem ipſi ſua natura indigniores & ad tantum munus minime idonei. At tu ò pater, potius quid ego propter illos faciam, quam quales ipſi ſunt, reſponde. Ego enim meipſum pro eis ſanctifico, id eſt me tibi conſecro & hoſtiam boni odoris offero in ara crucis: id quod ipſos in eum quoque ſinem facio, vt qui nunc ſuis vitijs obnoxij, & ad celeſtia hoc munus nequaquam idonei ſunt, ſanctificentur in veritate, & ad tuum ſeruitium idonei ſiant. Non patieris ergo meum meritum apud te irritum eſſe, ſed quod peto illis benignè cõferes. Iſta vero in apoſtolorum gratiam ſic dicit Chriſtus, vt ſimul his comprehendat præcipua capita, quæ nobis in vno noſtræ ſalutis negotio conſideranda veniunt. Principio enim admonemur, omnes nos natura impii & proinde à Deo alienos eſſe, ſanctificari autem per Chriſtum, qui non modo peccata noſtra expiavit, ſed nos quoque ipſos in ſua perſona patri obtulit, vt hoſtia ipſiſ grata & accepta cenſeamur. Quæ enim (vt in epiſtola ad Hebræos legitur) qui ſanctificat & qui ſanctificantur, ex vno, id eſt & vni & eiusdem nature ſunt omnes (verum enim hominem ille aſſumpſit) potuit ſanè ſanctificatio eius in nos redundare, qui per ſpiritus cõmunionem viciſſim corporis ſui membra ſumus effecti. Ideo Paulus illum nobis à patre ſanctificationem factum eſſe ſcribit. Deinde docemur quoque, ſanctificationem hanc nobis offerri in veritate, id eſt per verbum euangelij, quod veritatem eſſe ſupra dixit. Per hoc enim Chriſtus nobis prædicatur, quin ipſe per hoc ſeipſum cum bonis ſuis omnibus præſentem ſiſt, vt ipſe fruamur. Quod ipſe ſupra non obſcure docuit, quando diſcipulos pronunciauit mûdos eſſe propter verbum, quod illis prædicarat. Et Paulus de eccleſia per ipſum ſanctificata loquens, inter alia ait: Vt eam ſanctificaret, purgans lauacro aque per verbum. Vnde colligimus, immundos & prophanos adhuc eſſe, quotquot euangelium audire dedignantur. Præterea finem ſanctificationis noſtræ hic locus offendit, vt ipſi ſanctiſimus, & relictis huius mundi & carnis operibus toti Deo conſecremur. De quo idem apoſtolus nos admonet, quando nos electos eſſe ſcribit in Chriſto, antequam mundi fundamenta iacerentur, vt eſſemus ſancti & inculpata coram ipſo per charitatem. Multum ergo errant, qui huius doctrine prædicatione peccandi licentiam inuehi, & illam bonis operibus imitacione eſſe clamant; quotquot item ſub eius prætextu licentioſius viuendo calumnijs inſimulandi occaſionem præbent. Et hæc quidem nobis dicta ſunt in alteram huius prædicationis par-

Chriſtus ſeipſum pro ſuis ſanctificans eos patri acceptos reddit.

ſanctificatio  
per verbum  
per charitatem



rem, qua pro apostolis suis Dominus intercessit, ut aduersus pericula omnis generis animosus & in-  
perterritos redderet. Nobis verò istorum omnium vsus præcipuus est, ut ex ijs apostolicis moniti-  
dignitatem agnoscamus, & ab illis tradite doctrinæ credamus. Predicantur autem illi nomina  
sum Christum. Hunc ergo amplectamur fide firma, & in ipso seruiabimur. Illi debentur benedictio  
honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

## HOMILIA CLIII.

Non pro eis autē rogo tantū, sed & pro ijs qui credituri sunt per  
sermonem eorum in me: Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, &  
ego in te, ut & ipsi in nobis unū sint: ut credat mundus quod tu me mi-  
seris. Et ego gloriam, quam dedisti mihi, de di eis: ut sint unum, sicut &  
nos unum sumus; Ego in eis, & tu in me: ut sint perfecti in unum, & ut  
cognoscat mūdus, quod tu me misisti, & dilexisti eos sicut me dilexisti.

**A**bsoluit hucusq; Iesus Christus duas sue precationis partes, & priori quidem ea petiit, quæ  
Dei patris gloriam & nominis sui illustrationē faciebant, ut nos quoq; huius potissimum  
rationem habere doceat; altera verò apostolos commendauit, quorum ministerio gloriam Dei  
mīs propagari oportebat. Et quia omnes homines, quoad suam naturam, indigni sunt, quos in  
fidem & tutelam Deus recipiat, sua mortis meritum allegauit, & per hoc eos sanctificandos docuit,  
ut tanto officio idonei fiant. Ceterum ne quis inde colligeret, Christi meritum & intercessionē ad  
los apostolos & horum successores restringi, qui euangelium reliquis hominibus prædicant, sub-  
modò tertiam partem, qua omnibus ista accommodat, qui ipsum verā fide recipiunt. Et si neque  
pars consideratu dignissima, imò necessaria, in cuius meditatione frequenter versetur. Dicit enim  
qui nam in electorum numero censeri debeant, & quæ vera sit Dei ecclesia, quam is bonorum  
consortem agnoscere dignatur: ad hæc in quouis tentationis genere consolationem exhibet & spem  
mam, qua nos succumbere non sinit, si cogitemus, nos Deo patri commendatos esse a filio suo dilecto,  
cuius preces ille contemnere aut irritas facere non potest.

Christus sua in  
tercessionis me-  
ritum ad omnes  
credentes ex-  
tendit.

Principio docet, ad quos huius intercessionis meritum pertineat, & sic ait: Non pro eis  
rogo tantū, sed & pro ijs, qui credituri sunt per sermonem eorum in me. Sunt verba hæc  
na & perspicua, quare ipsas res, quæ his continentur, inspicimus. Vbi se primum offert ad  
filij Dei bonitas, qui salutem suo merito partam omnibus indifferenter offert, & absq; per  
specu quo suis credentes apostolis suis cōsociat, quos ipse prius sibi delegit ex peculiari gratia. De  
hoc nō modò in precatione ista, verum etiam quando apostolis in mandatis dat, ut euangelium  
creatura prædicent, & ex omnibus gentibus discipulos ipsi adducant. Et hoc enim ita velle ap-  
postea intellexerunt, quando non vno loco testantur, nullum esse personarū respectum quod Deus  
& in Christo non esse Iudæum neq; Græcum, non Scytham neq; barbarum, non seruum neq; liberum,  
non marem neq; feminam. Est hæc bonitas incomparabilis & exemplo carens. Quem enim  
inuenias, qui omnium gentium & cuiusvis ordinis aut loci homines in aulam suam admittat, qui  
non aliquo manifesto scelere polluti sint? At Dei filius non inter seruos modò, verum etiam in  
sui consortium quosvis admittit, qui ipsi sese non ab eo alienos reddunt. Imò quasi indignus  
chijs expansis omnes ad se inuitat, quot quot se oneratos esse sentiūt, & omnibus ad se venientibus  
focillationem pollicetur. Simul verò hæc illius bonitas recordiam & contumaciam mandati quæ  
exitio dignam arguit, qua fit, ut pleriq; mortalium hanc Dei gratiam cōtemnant, & potius  
huius infelicis, quam apostolorum & ipsius Christi consortes esse velint. Quæ illi in præparat  
ditionem, eorū, magis nobis cauendi sunt, ne eorum exemplo nos quoq; ad interitum abripiamur.

Fide, Christi  
consortes red-  
dimur.

Videndum tamē diligenter, qui huius gratiæ consortes & verè electi atque ecclesiæ sue mem-  
bra sint. Dicit autem se pro ijs omnibus orare, qui per sermonem apostolorum in ipsum  
dunt. Fides ergo requiritur, quæ sola nos Dei filios & regni eius heredes facit. Non autem de  
uis fide hic sermo est, sed de fide in Christum, & ea quidem, quæ ex apostolorum doctrina adhibetur,



& hinc omni ex parte respondet. Fide enim Iudaei quoque & Turcae gloriantur, at quia iidem Christo  
 carent, inanis est fidei illius gloriatio. Rursus fidem in Christum multi plenis buccis iactant; quam  
 si ad Apostolica doctrina regulam examines, non mutilam modo & vitiosam, sed huic omnino con-  
 trariam inuenies. Excluduntur igitur hic omnis generis superstitiones, quas vel aliorum traditio-  
 nes, vel propriam sui animi inventionem secuti homines colunt, ut in illis salutem inueniant. Et pro-  
 inde ne vel nobis ipsis vel alijs fucum faciamus inani fidei titulo, qui nam Apostolorum sermo sit vi-  
 dendum erit, de quo hic Christus loquitur. Est is non alius quam euangelium; quod etsi reuera ipsius  
 Iesu Christi sit, qui eius argumentum & auctor est, Apostolorum tamen sermo dicitur, quia (ve  
 D. Augustinus ait) ab illis est primitus & praecipue praedicatum. Quo sensu Paulus quoque Euan-  
 gelium s v m vocat, non quod sibi in hoc aliquod ius aut imperium vendicet, sed propter ministe-  
 rium, quod ipsi credicum erat. Continetur autem sermo hic in ipsorum scriptis & concionibus, qua-  
 rum aliquot D. Lucas in Actis posteritati mandauit. Summam vero siue epitomen eius nobis Sym-  
 bolam exhibet, quod Apostolorum vocant, & quod ab apostolis traditum fuisse D. Irenaeus, qui illo-  
 rum temporibus proximus fuit, testatur. Docet nos illud fateri unum Deum in tribus personis, Pa-  
 tre, Filio, & Spiritu sancto. Et de filio quidem tradit, quod qui ab aeterno unum est cum patre, pra-  
 finito tempore ex spiritu sancto conceptus, & ex Maria virgine homo verus natus sit, quodq; in af-  
 fecta hominis natura post innumeros huius vitae labores sub Pontio Pilato, Romano praeside,  
 crucis ad iudicium, in crucem suffixus, inde sepultus, ad inferos descenderit, tertio autem die resusci-  
 tatus ex mortuis, tandem in caelos ascenderit, & illic sedeat ad dextram Dei patris, olim inde redi-  
 turus ad iudicandum viuos & mortuos. Tradit praeterea Deum habere peculiarem populum, quem  
 Ecclesiam catholicam dicimus, eo quod ad eius societatem omnium locorum atque seculorum cre-  
 dentes pertinent, penes quam amplissimi illi thesauri, ceu depositum aliquod asseruantur, remissio  
 omnium peccatorum, spes beatae resurrectionis, & vitae aeternae hereditas. Haec (inquam) doctri-  
 na Apostolica summa est, quoad Iesum Christum, cuius illi praecones atque testes fuerunt, de quo  
 ista scripta dederunt, ut in huius solius merito salutem omnem monstrauerint, & discreti testati sint,  
 non esse praeter hunc aliud nomen sub caelo hominibus datum, in quo nos seruari oporteat. Quicumque  
 ergo illum talem ex animo agnoscunt, & illius morte peccata expiata, eiusdem resurrectione mor-  
 tum cum omni potestate inferorum expugnatam, caelos autem illius ascensione nobis patefactos  
 esse firmiter credunt, neque dubitant de peccatorum remissione, quam ille nobis acquisiuit, ij per fi-  
 dem hanc ecclesiae ( quae eius corpus est ) membra sunt, in qua fidem suam ore & legitimo sacra-  
 mentorum usu publice consentunt; & ideo illius spiritu sanctificati in filios Dei regenerantur, hunc  
 colunt obedienter, & eidem in vitae innocentia & dilectione non fucata seruiunt: & proinde ex eo-  
 rum numero sunt, pro quibus ille orat in praesenti, & quos vitae & regni sui coheredes esse cupit, si-  
 cuti infra clarius docebit. Minime ergo opus est de occultis & aeterna praedestinatione Dei curiosas  
 disputationes institueri, aut eius arcana scrutari, ut sciamus num simus ex electorum numero, quo-  
 rum nomina in librum vitae inscripta sint. Constat enim in eorum numero censei omnes, quos Chri-  
 stus pro suis agnoscit, & ad quos sua mortis meritum vult extendi. Agnoscit autem ille pro suis  
 nos, qui in ipsum credunt, sicuti Apostoli docuerunt. In ceipsum ergo descendito, & fidem tuam  
 examina: quam si cum Apostolorum doctrina conuenire videris, ne dubites te Christi membrum  
 esse. Relictis itaque spinosis disputationibus, praedestinationis & electionis doctrina vramur po-  
 tius ad fidei nostrae confirmationem & consolationem in tentationibus. Quia enim Christo infi-  
 delis & fidelis pastor inquam eos sibi eripi patitur, quos sanguinis sui pretio acquisiuit.  
 Obseruamus autem praeterea, quod fidei verae regulam nobis in euangelij predicatione Do-  
 cetur, qua via aut ratione fides acquiri possit. Est ea quidem donum Dei, & frustra verbum  
 praedicatur vel auditur, nisi ille incrementum dederit. Habet praeterea ille varias rationes,  
 quibus hominum mentes illuminare & trahere potest. Vtatisissima autem & quasi ordinaria est  
 Euangelij praedicatio, quam ipse Dei filius peculiari mandato instituit, quando discipulis dicebat:  
 Ita in orbem vniuersum, & praedicate Euangelium omni creaturae, &c. Et exempla sunt quae do-  
 M m

Fidei regula in  
 euangelij do-  
 ctrina monstra-  
 tur.

neris animos & in  
 ijs apostolici men-  
 tium autem illi vram  
 illi debentur breuiter  
 tur sunt per  
 ter in me, &c.  
 d tu me  
 um, sicut &  
 unum, & ut  
 me dilexisti.  
 idem ea peti-  
 huius potissimum  
 gloriam Dei  
 gni sunt, quos in  
 sanctificandis docet  
 & intercessionem  
 us praedicant, sicut  
 pium. Et si in  
 fer semur. Duce-  
 sam us bonum  
 m exhibere effici-  
 esse a filio suo  
 Non pro  
 verba hanc  
 offer ad  
 & absq; per  
 cuiari gratia,  
 ve euangelium  
 eum ita velle  
 spectum apud  
 seruam reg  
 is. Quem enim  
 uam admittat,  
 verumtamen  
 asq; indignis  
 ad se venient  
 aciam mundi  
 um, & peccat  
 illi in pro  
 um ab ip  
 ecclesiae suae  
 colorum in  
 Non autem  
 doctrina ad  
 & hinc



cent, Deum ab hoc suo ordine vix discedere, imò ne tunc quidem discedere, quando periculi quædam gratia erga aliquos vix videtur: qualia sunt, quæ in Eunuchò Aethyopæ, in Cornelio Cæturione, & in ipso Paulo Lucas proponit. Nam licet in istis multa extraordinarie facti, miraculorum tamen opera vixit Deus, & per hos verbum illis predicari vult, quos vocata deterrerat. Rectè ergo Paulus dicebat: Fides ex auditu est, & auditus verò per verbum Dei. Ergo huius prædicationem contemnunt, ij procul dubio à fide alienissimi sunt, & proinde ad ecclesiam quæ societatem minimè pertinent. Quid ergo de Romanensibus dicemus, qui ecclesie titulum vix vix vendicant, vix mox hæreticos esse clamant omnes eos, qui non omnibus ipsorum dictatis assensibunt? At iidem illi Apostolorum sermonem non audiunt, sed hostiliter persequuntur: & quamuis in Christum se credere dicant, longè tamen alium fingunt, quàm Apostoli illum prædicant. Clament ergo vix velint, & cum titulis larvas quoque Episcopales, Apostolicas, Propheticas, & qualescunque libet proferant, vera tamen & germana ecclesie Iesu Christi membra non erunt, nisi in illum credant secundum Apostolorum doctrinam, quæ vnicæ veræ & orthodoxæ regulæ est. Excluduntur itaque à Christo & salutis consortio tam hypocritæ & alienarum sectarum sectatores, quàm Epicuri de grege porci, qui cum euangelij verbo sacra simul omnia rite consueverunt. Neq; isti eos nobis obijciant, qui euangelium quidem audiunt, ex eo autem membra meliores sunt, & ita viuunt, vix à Christi ecclesia ipsos procul vagari conser. Nec enim ipsi eos, qui agunt, pro germanis ecclesie membris agnoscamus, quàmuis eosdem ferre cogamur, ne importuna refectione totum corpus in periculum adducatur. Et quàmuis certò constet ad ecclesie societatem pertinere eos, qui Christi vocem in Euangelio sonantem non audiunt: non tamen è conuerso omnia illius membra sunt, quotquot hanc audiunt. Idem enim his accidere solet, quod in semine quædam non omnia semina fructum ferunt: non quidem suo vixit, sed telluris in quam decidit. Vnde per holum Matth. 13.

Christus credentes vult unum esse.

Porro tempus monet, vix videamus quid potissimum Christus suis præcetur. Vt conuenit inquit (inquit) sicut tu Pater in me, & ego in te, vix & ipsi in nobis vnum sint, &c. Idem ergo hic patet nuper, quando Apostolorum causam Deo patri commendabat. Nos autem diligenter hic obsequium credentium incolumitatem & salutem in eo consistere, vix unanimi consensu inter se vniuntur, & Paulus ad Philipp. loquitur similiter affecti sint, & vnum idemq; sapiant. Quod vix in omni vniuntur, ita in fidei & religionis causa plus quàm necessarium est. Nam vix summa hominum peruenit ad eo promanat, quod qui à Deo secedunt, simul etià inter se dissentiunt: & in studia contraria, vix sectas multum inter se diuersas scinduntur: ita nõ aliter salus nostra instaurari potest, quàm vnum quasi corpus coalescamus. Quia enim vnicæ modò est Christi ecclesia, in quam salus nostra salutem Christus deposuit, fieri nequit, vix vel ecclesia huius membra vel salutis consortes sint, qui quot corporis huius vnitatem scindunt, & extra Christum in sectas & religiones diuersas dissipantur. At quia ad hoc natura procliuus sumus, eò quod tot ferè sententia sunt in rebus ambigunt, capita, non temere Christus orat, vix Deus suorum animos spiritu suo ad consensionem Christianam inclinet. Quod vix diligentiùs obseruarent, qui hodie leuiculum putant, & nulla reprehensione dignum, si ab ecclesijs bene constitutis secessionem faciant, & leuissimas causas ob causas secessionem faciant inter eos, quorum prius vna erat in doctrina veritatis sententia. Faciunt hi Christi vix precibus contraria, cui haud dubiè aliquando penas dabunt.

Qualis creditum unitas esse debeat.

Sed videamus qualem vnitatem siue consensionem nobis commendet. Vnum sint (ait) Pater in me, & ego in te, vix & ipsi in nobis vnum sint. Quibus verbis duo dicit. Primi modò aut regulam vnitatis huius definit, & eam nobis in seipso & patre monstrat. At quia (vix quoque monuimus) vno talis, quoad essentiam & identitatem, inter nos constituit non patet, satis constat, Christum ista de ea vniuntur loqui, qua pater ipsi vnitus est quoad Mediatoris personam, quam suscepit: vix simul fructum vniuntur & consensionis Christianæ exprimit. Denique vniuntur huius fundamentum siue subiectum exprimit, dum nos in Deo patre & filio (seipso vniuntur) vnum fieri cupit. Sicuti ergo Christus quoad Mediatoris personam patri ita vniuntur, vix cum hoc omnia habeat communia, inque ipso omnes diuina bonitatis & gratie thesauri conditi sint: sic idem ille bona hæc corpori suo communicat, & ideo nos in se vnum esse vix



re ipsius membra facti, ex ipso (qui caput nostrum est) vitam & quaecumq; ad salutem nobis necessaria sunt hauriamus. Unde cerio colligitur, inutilem esse omnem unitatem, que non sub vno capite, sed in Christo coalescit. Quemadmodum enim diuersorum corporum membra & non sub vno idemq; capite pertinentia, nunquam vniri possunt. Ita frustra eos inter se conciliare conaberis, qui non idem caput habent, Christu Iesum, qui vnus et solus nobis vitalem spiritum subministrat. Exponit mystice hoc Paulus grauius admodu ad Ephes. 4. cap. Monet enim, vt adolescamus in Christum per omnia, qui caput est: ex quo totum corpus coagmentatu & compactu per omnes suppeditatas commissuras, ex vnica agente pro mensura vnisciusq; membri incrementu capit corpori conueniens, ad sui ipsius extructionem per charitatem. Seruiunt hęc ijs confutandis, qui consensum nobis obijciunt, qui cum Papatu regnante passim fuerit, & hodie adhuc inter eos cernatur, qui Romani Pontificis auctoritatem agnoscunt. At nos vnanimem consensionem in Papatu vnquam fuisse negamus: neque possibile fuit eos inter se coalescere, qui caput certum non habuerunt. Et res ipsa testatur, illos in seclis vnimmeras esse diuisos, que singule alijs prestantiores haberi volunt. Fouer tamen inter illos consensionis speciem fatans, quia hanc suo regno vitalem esse videt, & licet diuersis vijs ingrediatur, ad vnum tamen & eundem finem eos dirigit, qui est, vt oppresso Christo & fide in hunc extincta, superstitiones regnent, que incautos ad interitum abripiunt. Non alia ergo est, quam illi iactant, consensio, quam que olim inter Pharisæos et Sadduceos atque Herodianos fuit, quos aduersus Christum conuulsisse scimus, cum inter se animis, studijs, moribus, doctrina alijs alijs πρῶτον (quod dicitur) dissentirent.

Est præterea consideratu dignissimus modus, quo in patre et filio vnimur, vt non modò inter nos, verum etiam cum Deo vnnum efficiamur. Nexus autem vnionis istius (quod & D. Cyrillus vocat aut) est Christus, nobis quidem vt homo, patri autem vt Deus naturaliter vnitus. Quia verò vna eademq; Christi persona vtriusq; nature, diuine & humane particeps est, necessario cum ipso Deo coniunguntur, quicunq; per fidem Christo sunt infusi. Vt enim hic carnem ex nobis assumptam habuerunt, ita nobis spiritu largiuntur, cuius virtute in Dei filios renascimur, & qui ideo spiritus adoptionis dicitur. Et in horum quidem consideratione nos sepe versari conuenit. Admonent enim de dignitate nostra, que nobis in Christo obigit, vt Deo vniti censeamur, qui propter peccatum ab illo merebamur procul abijci: & ad huius conseruandæ studium nos excitat. Nascitur etiam hinc consolatio dulcissima, que omnes afflictiones nobis leues reddit: quando cogitamus eas ad Christum pertinere: qui etsi nunc in gloria patris residens, in propria persona nullis periculis aut passionibus obnoxius sit, sibi tamen inferri & fieri putat, quicquid in terris hęc membra sua patitur. Ideo olim Saul dicebat: Saul Saul, cur me persequeris? At quia idē omnipotens & verè Dominus exercituum est, nullis calamitatibus succumbere patietur eos, quos corporis sui membra esse agnoscit. Quia cum respiciunt fideles, exultabundi cum Paulo clamant: Si Deus nobiscum, quis contra nos? Quis nos separabit à dilectione Dei? Rursum officij quoque hæc consideratio nos admonet, & ad beneficentiam studium excitat. Quia enim membris suis coniunctus est Christus, in hunc vique redabunt que in illa conferuntur beneficia: & cum idem fidelis remunerator sit, non fraudabuntur suo premio, qui vel poculum aquæ frigidæ vni ex credentibus propter ipsum dederint. Vide que ab ipso de hac re dicuntur Matthæi 25.

Sed finem & fructum quoque huius vnionis attingit Dominus, qui inde ad mundu & ad quosuis alios sit rediturus, & sic ait: Vt credat mundus, quod tu me miseris. Mundi nomine homines phariseos & abs se alienos intelligit, & Credendi verbo abusuè pro Cognoscendi vritur, sicuti in sequentibus patet. Sensus ergo est, unitatem hanc credentium ideo sibi tan opere cordi esse, vt impijs quoque & phariseis homines reipsa conuicti, velint nolint, intelligant ipsum à Deo missum, & provide totum hoc fidei & doctrinæ Christiane negotium, non humanum, sed celeste & diuinum esse. Nec temere hoc dicit Dominus. Tanta enim est unitatis huius virtus, vt hostibus quoque non modo admirationi sit, verum etiam timorem incutiat, quando coguntur presentem summi numinis virtutem & gratiam in ijs agnoscere, quos abs se hætenus contemptos & iniurijs grauisimis lacessatos esse sciunt. Exemplum huius rei Lucas in Actis commemorat. Cum enim exposuisset vnanimem ecclesie consensum, quo factum fuit, vt multi suas facultates in comune deserrerent, simulq; nar-

Modus unitatis uel unionis cum Deo.

Finis & fructus unionis Christiane.





Lib. 9. cap. 8.

rasset horribile Dei iudicium, quo Ananias & Sapphira ob fraudulentam charitatis & fraternae simulationem graviter multati sunt, mox subiicit: Erant concorditer omnes in portu Iomoni: reliquorum autem nemo audebat ipsis adglutinari, sed magnificabat eos populus. Erant igitur in pretio apud omnes, nec temere audebant quiuis se illis coniungere, non quidem quod illi dotes modò timent, sed quòd relucens inter illos diuine virtutis & gratia sensu terrestris huius generis exempla alibi quoque non pauca occurrunt. Imò quia vnionis istius effectus per caritatem sese ad hostes extendit, frequenter his quoque inuitis confessio aliqua veritatis extorquebat, quòd olim paulò ante Constantini tempora accidisse scribit Eusebius. Cùm enim Deus puerum Iovinem horribili fame & lue vlcisceretur, & gentiles quidem suis laborantibus omnia charitatis officia negarent, Christiani verò egrotantes quosque inuiserent, defunctorum cadauer a honorificis pelirent, esurientibus cibos subministrarent, denique nullum nò beneficentia genus in eos exercebant, à quibus paulò ante immanissimè tractati fuerant: ceperunt illi pasim testari, apud solos Christianos misericordia locum esse, apud solos hos qua humanitatis & pietatis seruatiuetam religionem, tam sanctam, tamq, in omnibus perfectam nullam esse aliam, neq, esse vllum alium precatorum Deum, &c. Erant hæc ijs obseruanda, qui hodie non necessarijs contentioniue vnitate turbant, & in eam rabiem accenduntur, vt eos qui eundem cum ipsis Christum professentur & docent, propter temere susceptas cum illis lites hostiliter damnent, perulantibus hostiliter insultent, & (quòd olim in barbaris reprehendit Vergilius) exules & profugos hostilitate prohibent, primaque vetant consistere terra. Quid enim hi aliud faciunt, quam quòd vnitas Euangelij & renascentis fidei Christiane causam hostium ludibrijs exponunt, & multos ad ea sterrent, qui facile adduci poterant ad Christi gregem, si charitatem & consensum maiorum nos conspicerent? Videt autem ista iustus Deus, neque multos dimittet tantorum scandalorum auctores.

Christus suum meritum interponit pro creditibus.

Ceterum ad Christum redeamus, qui cùm sciret neminem mortaliu hac gratia dignum, rursus suum meritum interponit his verbis: Et ego gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis: vt homo constet: & quoad hominem assumptum gloriam se accepisse ait, quam supra se habuisse patet est, priusquam hic mundus existeret. Accepit autem quando qui in mortali carne inter mortales omnium generis vivebat, declaratus est dilectus ille Dei filius, id quòd nò tantum in resurrectione per caluam delato patuit, verum etiam in signis & miraculis, quibus abunde docuit, se homine mortali & diuina maiestate atq, virtute donatum esse. Quare Ioannem Capite primo dixisse audiuimus: deditur gloriam eius, gloriam (inquam) vt vnigeniti à patre. At eandem gloriam ille suis dedit, nimirum & ipsi filioru Dei nomine censeantur, sicuti eodem in loco Euangelista testatur, dicens: Quot eum acceperunt, ijs potestatem dedit, vt filij Dei fierent: nempe ijs, qui credunt in nomen eius. Ad hæc omnia in præsentem respiciens Dominus, ita dicere videtur: Sunt quidem homines vobiscum cum nos communionem aliquam habeamus: sed non quales sua natura sint respicias à Patre, quales iam per me facti sunt. Ego enim meam gloriam illis communicavi, vt quemadmodum ego tuus sum filius vnigenitus & naturalis, ita illi per fidem mibi insiti & fratres mei facti pro tuis filijs habeantur ex gratia. Quia ergo tui filij sunt & dicuntur, minime per mittendum erit, vt tuam vnionem in illis prophænetur: quòd non alia ratione commodiori cauere poterit, quam si vnionem conferat vniam & eandem fidem in nobis coalescant. Et mox vnionis huius modum sive rationem clarescit ponens, addit: Sicut & nos vnum sumus: Ego in eis, & tu in me: vt sint perfecti in vni. Et (supra) vt cùm ego eis vnitus fuero per spiritus communicationem, tu per me tuam virtutem & dona tua in illos transfundas. Ita enim perfecti erunt in illa vnione, dum non modò ipsi inter se, verum etiam nobis vnentur. Et hîc quoque rursus causam finalem, sive fructum repetit, qui mundum omnes alios sit redundaturus: Vt nimirum cognoscat mundus quòd tu me misisti, & ego dilexisti sicut me dilexisti. Quo loco non oportet rigidius vrgere similitudinis notam, quasi non filij per omnia æquet Christus. Ea enim (quòd D. Augustinus quoque obseruauit) causam patius exprimit, propter quam nos Deus dilexit: nimirum propter filium suum, in quo nò tantum quòd elegit ante mundi huius constitutionem, deinde verò in eodem sibi reconstituere



nam ille homo factus peccatum omne sustulit, quod nos ab eo alienos fecerat. Quia verò hoc nomine credentes patri commendat Christus, quod gloriam suam illis dederit, docet simul non obscure, eos deum pro Christianis debere haberi, in quibus gloria filij Dei elucet, id est, qui se Dei filios esse certis argumentis probant. At tales sunt, in quibus manifesta regenerationis indicia apparent: qualia sunt, iuncta fidei constantia, carnis mortificatio, vitæ innocentia, patientia in aduersis, charitatis & beneficentia studium, humilitas, modestia & quæ alia sunt huius generis. Quotquot ergo ab his alieni fidem abnegant, carnis desiderijs indulgent, sceleribus sese pollunt, immisam à Deo crucem superbè erigunt, aut impatienter ferunt, odio & inuidia contabescunt, priuatis modò commodis student, nemini autem benefaciunt, ad hæc immani suspitibus & donorum suorum fiducia elati quosuis præ se conueniunt, ij omnes se Christiano nomine indignos esse testantur. Quod si verò hoc speculum nostri seculi hominibus adhibeas, mox apparebit, quo loco censeri debeant plerique, qui Christianam fidem atq; religionem hodie profitentur. Postremò de salutis nostræ certitudine nos hæc Christi verba admonent: Fundamentum enim eius monstrant in dilectione Dei, qua is filium suum unigenitum complectitur. At hæc tenerrimam & inextinguibile esse nemo dubitare potest. Fieri ergo nequit, quin nos etiam tenerrime diligat Deus, & salutem nostram fideliter custodiat. Quomodo enim eos negligat, pro quibus filium unigenitum in mortem tradidit, & quos huic insitos esse videt? Deinde cum gloria Dei salutis nostræ coniuncta est, quæ eò magis mundo immorescit, quò plures in Christo uniantur & æternæ salutis heredes fiunt. At gloriam suam intercidere non sinit Deus, cum zelotes & illius carnis vindex sit; & idcirco nostræ etiam salutis custos & vindex erit diligentissimus. Nos modò verborum Christi memores, in illo unum simus, vt per illum Deo patri omni, eius spiritu animemur, qui nos excidere nunquam sinit. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

Veri Christiani qui sint.

Certitudo salutis nostræ.

HOMILIA CLIII.

Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut spectent gloriam illam meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante facta fundamenta mundi. Pater iuste, & mundus te non cognouit, ego autem te cognoui, & hi cognouerunt quòd tu me miseris. Et notum feci eis nomè tuum, & notum faciam: ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

Et si Dominus noster Iesus Christus inuitò solos Apostolos ex peculiari gratia delegerit, quos in regni celorum mysterijs institueret, interea tamen reliquos homines minimè neglexit, sed eorum quoque salutem sibi cordi esse multis argumentis probauit. Huc enim debet referri quòd in publico docuit, quòd omnes ad se & salutis consortium inuisauit, quòd neminem unquam ad se uenturum aspernatus est, quòd promiscuè omnibus benefecit. Imprimis verò euidentis huius rei argumentum in postrema huius precatationis parte habemus. Postquam enim seipsum & causam suam Deo patri commendauit, & inde pro Apostolis precatus est, quos totius orbis doctores constituerat, tandem sue intercessionis fructum ad omnes extendit, qui apostolorum doctrinam, id est, euangelium audiunt, & ipsum uera fide amplectantur. Quod vt plurimum consolationis affert in omni tentatione, ita simul docet, quales esse conueniat eos, qui salutis beneficio, quam ipse nobis acquisiuit, frui uolunt. Restat precatationis istius epilodus, quo præcipua eius capita repetit, ne quid ipsi antea temere excidisse putemus.

Et primò quidem, quia de ijs abunde dixerat, qua pijs in huius vitæ militia certantibus necessaria sunt, nunc de futuri seculi præmijs admonet, quæ in finem usq; perseuerantibus præparata sunt, seculi propolunt. vt eorum consideratione confirmati aduersa omnia patienter ferant. Repetit autem Patris uocabulum, vt plus ponderis orationi accedat. Pater (inquit) quos dedisti mihi, uolo vt ubi ego sum, & illi sint mecum: ut spectent gloriam illam meam, &c. Sensus est: Non in hoc tantum seculo & uicibus huius uitæ molestias pios seruari cupio, sed uolo vt ipsis in posterum quoque plenè & perfectè prospiciatur: vt nimirum postquàm huius uitæ curriculum feliciter emensi sint, ad me in cælestes beatorum.

Præmia futuri seculi propolunt.





rum sedes recipiantur, & illic mecum uiuant & regnent. Petiit autem nunc à patre, quod paulo ante discretis uerbis promiserat (sicuti Capite 14. audiuimus) & petitionem suam mox argumentis quoque grauissimis fulcit, ut in fide magis confirmemur, nec quicquam dubitemus de promissione eterne premij. Quia uerò in his maxime fundata est nostra salutis fiducia, non uanitate sunt singula uerba diligentius examinare.

Pro electis orat.

Occurrit autem primo loco, ut uideamus de quibus loquatur, & ad quos precreationis istius finis pertineat. Vbi eos nominari audimus, quos ipsi pater dedit. Dicuntur hi alio nomine Electi Christo. Qui autem intelligi debeant, abunde patet ex ijs, que nuper dicta sunt. Oratio enim pro omnibus, qui in ipsum credunt aut credituri sunt secundum sermonem Apostolorum. Ergo etiam electi illi sunt, quos hic sibi à patre datos esse dicit. Vult autem ista locutione, uel potius definitione utriusque partem doceat, fidem donum Dei esse, nec quicquam hic nostris uiribus aut merito tribui debere (Nemo enim uenit ad Christum, nisi quem pater traxerit. Ioannis sexto), uel uerò sui officij credentes admoneat, ut sue uocationis & conditionis memores se uiuant, ut non minus constet, ipsos instar peculiij cuiusdam selectos esse, ut Christo addicti & consecrati sint. Quibus probe obseruandum est, qui electionis titulo quidem superbiunt, & Christiani haberi uolunt, interim uitam uiuant impuram, que illos adhuc mundo immerfos & satanae mancipia esse testatur. Interea ex ista credentium definitione consolationem petant quocumque se Christo per fidem uoluerint sentiri: neque dubitent petitionem hanc, uel potius promissionem, ad se pertinere, cuius fructum nemo ipsis eripere possit. Quia enim ex eterno patris decreto electi & Christo dati sunt, hic uerò uel dem uicissim patri commendatissimos esse uult, salutem ipsis nemo eripiet, nisi qui Deum prius ex solio & potestate deturbauerit.

Christus de uoluntate sua uoluntate testatur.

Deinde non dicit, Pater aut rogo pater, sed **VOLO**: quod ipsum emphasim habet, et propter negotio quam maxime seruit. Nam primum pro suo iure & imperio loquitur, quod ipsi cum patre tam in celo quam in terris commune est, & ita inter precandum, dum Mediatoris officio fungitur, diuinam suam maiestatem à contemptu vindicat. Præterea quia hoc dicit iam mortuus, & imitari uoluit, qui testamenta condunt, & quid de rebus suis omnibus fieri uelint cum auctoritate restantur. Dicunt illi, **Volo** ut talis & talis fiat honor meorum in istos uel illos distributus. Hos ergo imitans Christus cum opes, quas hereditibus legaret, non haberet aliquas, de electis disponi, quos ipsi pater dedit, & iam moriturus ait, **Volo** ut ubi ego sum, &c. Habet ergo ista plurimum consolationis. Primum enim, quia omnipotens est Christus, uoluntate eius non modo desiderio fertur, sed simul potentiam sibi coniunctam habet, que mox effectum dat, quod ille fieri cupit. Verissime enim de illo etiam dicitur in Psalmo 137: Deus noster in celo est, & quae uoluit fecit. Et in euangelio passim occurrunt exempla, quae uoluntatem illius effectum esse testantur. Leproso enim dicenti, Domine, si uis, potes me mundare, respondit, **Volo**, & mox à lepra sua ille mundatus est. Simili ratione alia quoque miracula ab illo fuisse legimus, quod uerba eius, quibus suam uoluntatem declarabat, occulta simul uirtute mirabatur. Quia ergo uult nos secum esse, hoc ipsum ita fiet, ut eius uoluntatem nemo sine horrore siue diabolorum impedire queat. Deinde dubium non est, quin filij sui testamentum patris non habeat. Si enim hominum pacta (ut Paulus ad Galatas scribit) si legitima auctoritate confirmata fuerint, nemo abolere aut irrita facere potest: multo minus pacta & testamentum, quicquam detrahi aut derogari poterit. Quia enim ei omnis potestas data est in celo & in terra, licet ei utique de suis, prout ipse uolet, constituere. Nec est, quod illum quicquam contra uoluntatem testatum esse timeamus, & hoc ideo minus ratum fore. Nam ut alibi dicitur, non propter patris decreto hoc eius testamentum nititur, neque alios comprehendit, quam qui Christo uel pridem dati, & in illo, priusquam hic mundus crearetur, electi fuerunt. Accedit his, quod testamentum hoc morte sua confirmauit, & huius sigillum dedit in Cena mystica, in cuius institutione de poculo uerba faciens, dixit, Hoc poculum est nouum testamentum in meo sanguine, quod pro uobis effunditur.

Postrema Christi uoluntate.

Que uerò illa postrema Christi uoluntas est, quam tanta cum auctoritate testatum esse uoluit, ubi sum ego, mecum sint omnes, quos dedisti mihi. Et his mox subiicit expositionem loco. Et postquam



gloriam illam meam, quam dedisti mihi. Sensus est. Volo ut quicūq; in me credat, ad me in celestes  
 beatorum sedes transferantur, & coram spectet, adeoq; reipsa intelligat se ipse sua minime falsos esse,  
 quando me verum aeternūq; Dei filium regemq; gloria esse videbunt: utq; mecum aeterna regni cele-  
 stis beatitudine fruatur. Non aliud ergo hic dicit, quam quod inter canandum discipulis promiserat.  
 Dispono vobis, sicuti mihi disposuit pater regnum: ut edatis & bibatis super mensam meam in regno  
 meo. Luc. 22. Comprehenditur hac promissione summa hominis felicitas. Constat enim Iesum Chri-  
 stum iam quoad hominem quoq; frui vitam aeternam, non amplius moriturum; constat eundem in celo  
 extra omnem huius corruptibilis mundi fortunam esse constitutum, & ad Dei patris dextram in sem-  
 piterna gloria consistere. Quia ergo eos qui in ipsum credunt, secum esse vult, eadem viq; illorum quoq;  
 erit conditio. Itaq; olim resuscitati vitam accipient immortalem, omni corruptione & miseris libe-  
 rantur, & (ut Isaias ait) abstergetur omnes lachryme a facie eorum, in caelis autem gaudio, feli-  
 citate & gloria fruuntur, qualem non oculus vidit, neq; auris audivit, & quae omnem hominis intelle-  
 ctum superat. Sunt haec passim in scripturis confirmata, & prorsus ampliori demonstratione nequa-  
 quam opus habent. Nos potius ista ad verum usum accommodare debemus, qui est, ut patienter ser-  
 vus huius vitae molestias, quas olim tantis bonis compensabit Dominus. Imprimis autem constantes si-  
 mus in mortis articulo, ne dubitabimur eorum similes, qui sibi quidem hinc migrandum esse vi-  
 dent, quo aut migraturi sint nesciunt, & ideo suam sortem desperabundi deplorant. Quod olim Adriano  
 Imperatori iam morturo accidisse historici testantur. Clamabat enim infelix ille: Animula vagula,  
 blandula, Hospes comesq; corporis, Quae nunc abibis in loca? Pallidula, frigida, nudula, Nec ut soles  
 dabis iocor. Scimus enim nos ex Dei verbo, locum nobis paratum esse in caelis, ubi Christus ad patris  
 dextram consistet. Scimus etiam animas transferri quam primum ex corpore hoc in veram fidem demigrat.  
 Christi enim promissio est. Qui audit verba mea, & credit ei qui misit me, habet vitam aeternam: et  
 in iudicium non veniet, sed a morte transiit in vitam. Olim vero ad eundem locum corpora collige-  
 tur, quando ad novissimam tuba clangorem resurgemus, & (ut Paulus loquitur) per aerem rapiemur  
 in Christi occusum, ut semper cum illo simus. Et idem ille nostrum πάλιν εὐα, id est civitate, rem  
 patris patriam in caelis esse ait, in quibus corpora nostra glorioso Christi corpori olim conformia sint  
 futura. Qui ista probe animis suis concipiunt, & in eorum meditatione sunt assidui, ij nullis terroribus  
 moventur, sed in ipsa etiam morte spe vitae inconcussam retinent. Haec ergo constanter teneamus, &  
 quae hic contraria sunt, relinquamus inanium superstitionum sectatoribus, qui perpetuo fluctuari ma-  
 lant, quam certam salutis spe in Christo acquiescere.

Porro hanc quoque petitionem, ut priores, rationibus & argumentis confirmat Dominus: Testamentum  
 non quidem quod his ipsi opus sit apud patrem, sed propter nos, ut certior & firmiter sit, quam in ipso  
 habemus salutis fiducia. Primitus vero argumentum sumit a propria persona, vel potius ab aeterno pa-  
 tris decreto, qui hanc illi personam imposuit. Quia dilexisti me (inquit) ante iacta fundamenta mundi. A propria per-  
 sona. Quasi diceret: Tu me o pater mundo redemptorem destinavisti ab aeterno, & me eo etiam nomine  
 dilexisti, adeoq; in me electos omnes paterno amore complexus es. Par ergo fuerit, ut me tam iusta &  
 aqua petentem exaudias. Docet autem suo exemplo Christus, ut ipsi quoq; inter precandum in dile-  
 ctionem Dei respiciamus, qua iam inde ab aeterno ipsum Mediatorem nostrum, & propter hunc om-  
 nis qui credunt complexus est. Id vero maiori cum fiducia fiet, si cogitemus, totum hoc nostrae in Chri-  
 sto redemptionis mysterium, non nuper inventum esse, sed aeterno divinae providentiae decreto niti. Quia  
 enim Christum ab aeterno dilexit Deus, non modo quatenus filius eius est, sed quatenus illum nobis  
 Mediatorem constituerat, aeternum quoq; sit oportet nostrae redemptionis consilium, cuius ille execu-  
 tor esse debuit. Testantur idem apostoli Petrus & Paulus: quorum ille quidem Christum praedestina-  
 tum fuisse scribit, priusquam hic mundus conditus esset: hic vero nos in illo electos fuisse ait ante mun-  
 di constitutionem. Faciunt ista ad asserendam nostrae salutis certitudinem, & eos convincunt, qui reli-  
 quos hoc aeterno & stabili patris decreto, novae salutis consequenda rationes ex suo cerebro fingunt, aut  
 ab alijs excogetatas sequuntur.

Alterum argumentum petit ex credentium persona, & hos cum mundo prophano & incredulo con- A persona cre-  
 fert, ut parum ratione reddat eius exceptionis, qua nuper mundum a suae intercessionis fructu ex- dentium,  
 cludit: parum vero suorum fide amplificet arg. illustriore reddat. Est autem hic quoq; pathetic a plane





oratio. Nam patrem epitheto convenientissimo compellans ait: Pater iuste, & mundus te non cognovit, ego autem te cognovi, & hi cognoverunt, quod tu me miseris. Vbi priori quidem loco redantur videtur copulativa particula E T: sed eadem occultam quandam vim orationi offert, & affert vehementem exprimit. Nam ita dicere videtur: Quia iustus es o pater, non poteris eos negligere, qui me fide vera amplexi sunt. Nam ut omittamus eternum tuam voluntatis decretum, vides pater que sit mundi huius conditio. Totus sane quantus est, tenebris immersus te non agnoscat, neque qualem vult. Ego autem filius tuus aternus sum, qui solus tui cognitione propria & ex me ipso habeo, quam hisce meis communicavi. Nam per me edocti intelligunt, quod tu me miseris, & ideo per fidem me amplexi sunt, ut tibi coniungantur, a quo mundus hic totus turpissime defecit. Acquæ ergo iustitiam, & ut tibi commendatissimos habeas, qui te soli agnoscunt, & ita quidem colunt, ut ne mundi quædam tuius exemplo, illecebris, minus, furoribus abs te diuelli queant. Pulchre autem Christus cognationem Dei & fidei principium simul & progressum his verbis comprehendit. Quia enim Deum neminem vidit, & quam nemo etiam eius cognitionem proprijs ingenij sui viribus potest assequi. Solus Christus qui in sinu patris, eum nouit, sicuti est, & cognitionem hanc non aliunde petiit, sed ex semetipso habuit. At hunc nobis pater doctorem dedit, & qui sua natura inuisibilis est, in carne filij manifestatus est. Qui ergo hunc audiunt, & in ipsum intenti sunt, ij & Dei cognitione vera illuminantur, & ad donantur, que illos Deo conciliat, ut ei filiorum loco sint. Quot quoc verò Christum accedunt, & adire dedignantur, ij & ignorantes manent, & in sua ignorantia miserè pereunt, quatinus hominum oculatissimi & religiosissimi haberi velint. Imprimis autem multa obseruatione dignum est, quod credentium salutem Deo patri commendaturus Christus, illius iustitiam allegat. Ex ea enim apparet, salutis nostræ fiduciam non modo in gratia & bonitate Dei, verum etiam in eius iustitia fundatam. Quia enim iustus est Deus, idem etiam verax est, cum iustitiam sine veritate consistere impossibile. At promisit ille peccatorum remissionem & vitam æternam omnibus, qui se equam peccatores & damnationi obnoxios esse sentiunt, Christum verò & quam in hoc nobis ille offert salutem firmam fide apprehendunt. Promissa ergo præstet oportet, & nisi & iustitiam habuerit. Hoc Ioannes apostolus obseruauit, quando scribebat: Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, &c. Rursum quia iustus est Deus, peccata non puniunt, qui sine dilecti morte expiata sunt. Quod Paulus videns dicebat nullam esse damnationem, qui in Christo Iesu. Roman. 8. Adde his, quod iustitiae est remunerare eos, qui ex obedientia aut gratitudinis officio labores & pericula subeunt. Non poterit ergo Deus promissa beatitudinis præsentium fraudare, qui ut ipsi obtemperent & pro accepto per Christum salutis beneficio sese gratos præsentent, in hoc mundo omnis generis labores, odia, pericula sustinent, & plerumque huius vitæ vicem amittunt. Est hæc omnium efficacissima consolatio, qua omnes conscientie terrores procul pellit, qui per ex diligenti nostrorum peccatorum & iustitiae Dei consideratione enascuntur. Admonet præsertim eius hic mundi ignorantia, impietate, et furiosis contra Christum eiusque ecclesiam conatibus non debere offendi. Faciunt enim hæc omnia ad fidei nostræ commendationem, et eo acceptiores sumus Deo, quò magis nos mundus odit atque persequitur. Possunt ergo ad Christi exemplum suas preces perferre omnes pii, ut inter persecutionum tempestates atque pericula dicant: Pater iuste, non cognoscent te istes nostri, & tui cognitionem vbiq; terrarum extingunt volunt; nos autem tuum sumus precantur, nos te in filio tuo Iesu Christo cognoscimus, nos tui cognitionem longe lateq; diffundi, & tui regni toto orbe propagari cupimus. Adis ergo nobis pro tua iustitia, & gloria nominis tui asserere. Cur enim dicant impij, Vbi nunc est Christus eorum? Vide que in hac sententiam habetur. Psalms. 140. 2. Cæterum solent pii si quid huius accidat, vehementer terreri, si suam infirmitatem atque imperfectionem sentiant. Metuunt enim ne non ex eorum numero censeantur, quibus in præsentem Christum gloriam Dei cognitionem atque fidem tribuit. Addit ergo his tertium argumentum Dominus, quo per theophoram cogitationes eiusmodi omnes diluit, dicens: Et notum feci eis nomen tuum, & merito sum, & fideliter tradidi que ad tui nominis cognitionem faciunt. Nec tam infirmior, multam admodum in illis imperfectionem superesse, eo quod natura infirmiores non potuerunt mysteria omnia capere. At non ideo illos aspernaberis, pater. Si quid enim restat, quod nondum cognouerunt, hoc ego tibi manifestabo.

Metetur tentationibus ex infirmitate nostra enascemur.



manifestabo, cum tempus fuerit: et in hoc annis sedulo, ut dilectio, qua dilexisti me in ipsis sit, id est in ipsis usque, redundet, & ego in ipsis viuam, & agam quacumque, ad hominis Christiani perfectione sunt necessaria. Et haec quidem impleta sunt quoad apostolos, quando a mortuis resuscitatus eis per quadraginta dies exposuit regni Dei mysteria (sicuti Lucas initio Actuum testatur) postea vero spiritum sanctum misit, cuius virtute illuminati omnia ea subito intellexerunt, quae antea percipere non poterant. Quoad vero reliquos pios, quotidie ista implentur. Habet enim omnes illi cognitionis Dei & verae fidei principia. Simul vero adest illis Dominus, & tam verbo externo, quam interna spiritus virtute in illis agit, ut maiores quotidie progressus faciant. Nobis autem haec consideratio in eam rem feruire debet, ne statim animi despondeamus, si quae nobis desunt adhuc eorum, quae ad fidei & pietatis perfectionem requiruntur. Nec enim fastidit infirmos Dominus, qui (ut Isaias ait) linum famigans non exstinguit, & arundinem quassatam non conterit: & huius longanimitatis exempla in vetero testamento multa occurrunt, & huc pertinet quae de Nicodemo & Samaritana suis locis adducimus. Quin ideo infirmitates nostras in se ille transtulit, ut nostris vitiis ignoscere, & fidem pontificem agere posset. Haec modò cura nobis sit, ut proficiamus quotidie in melius. Fiet hoc, si Christum aditamus, quem nobis à patre doctorem datum esse supra diximus, & spiritus sancti suggestiones admittamus, quibus hic verbo praedicato intra animos nostros testimonium ferre solet. Si qui hinc ordinem ad ipsi Deo constitutum fastidiunt, iam non infirmi & aegroti, sed contumaces, reprobi & plane desperati, adeoque proprii exitii sibi authores sunt.

Est etiam hic obseruandus finis cognitionis Dei & fidei, quem Christus duplicem constituit. Primum, ut dilectio, qua pater filium complectitur, in nos usque, redundet, adeo ut nos quoque propter ipsum diligamus, qui per fidem in se sumus. Est hic fidei fructus longe vberimus, quo fit ut in medijs quoque afflictionibus animorum pacem certam & salutis spem inconcussam habeamus. Exponit hunc Paulus ad Roman. quinto Cap. his verbis: Iustificati ex fide pacem habemus erga Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum: per quem etiam fide habuimus aditum in gratiam hanc, in qua stamus, & gloriamur sub spe gloriae Dei. Neque id solum, sed etiam gloriamur in afflictionibus, scientes quod afflictio patientiam efficit, patientia vero experientiam, experientia autem spem: porro spes non confundit, eo quod dilectio Dei effusa sit in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis &c. Confirmatur haec patris testimonio, quod caelitus de filio pronuntiavit: Hic est filius ille meus, in quo placatus sum, ipsum audite, &c. Alterum fidei finem constituit Christus, ut ipse in nobis viuat, & ea agat, quae professioni nostrae consentanea sunt. Commendat hunc quoque, fidei fructum idem Apostolus, quando de seipso scribit: Vivo iam non ego amplius, sed vivit in me Christus: & vitam quam nunc vivo in carne, vivo per fidem filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, &c. Ve enim vitalis spiritus ex capite descendens in omnibus membris agit: ita qui Christo capiti per fidem coniuncti & ecclesiae (quae eius corpus est) viua membra facti sunt, iidem eius spiritum accipiunt, qui in illis agit, quae professionem Christianam decet. Sunt haec praecleara admodum fidei elogia. Primum enim Deo charos & acceptos reddit, ex quo omnis nostra salus dependet. Deinde Christi spiritu nos animat, qui vita Christiana & omnis boni operis in nobis causa est. Ergo falsi conuincuntur omnes, qui cum fide & nomine Christiano gloriantur, à Dei tamè dilectione alieni sunt, & ita viuunt, ut eos diaboli potius quam Christi spiritu agitari, verissime dixeris. Et haec quidem in Christi precatione nobis dicta sunt, cuius effectus etiamnum hodie adhuc durat, sicuti et mortis suae meritum, quae illam proximè secuta est. Didicimus eius exemplo, ut ipsi quoque, in omni necessitate aut periculo ante omnia Dei gloriam queramus, quae nobis commendatissima esse debet, cum ad eam praecipue conditi sumus. Deinde apostolica doctrinae auctoritas nobis commendatur: quam qui audiunt & fideli mente concipiunt, in Christo omnem salutis fiduciam collocant, & in illo in unum ecclesiae corpus coalescunt. Quae causa est, quod omnibus malis superiores fiunt, adhuc quotidie in melius proficiunt, & tandem ad Iesum Christum collecti cum illo in caelis viuunt & regnant. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Cognitionis Dei finis duplex.

mundus rem cogno-  
dem loco redun-  
asser, & affluen-  
ris eos negligere, qui  
um, vides pater que  
noscit, neque agros  
mipso habeo, quae  
deo per fidem me an-  
tū ergo iustam, et  
ne mundi quibus  
stus cognatione De-  
deum nemo videt ve-  
olus Christus qui  
d ex semetipso habet  
filij manifestari, ut  
illuminatur, et ho-  
stum accedere et an-  
quanti inuoluntate  
atione dignum est,  
allegat. Ex eo acci-  
am eiusque in iusticia  
ne veritate consistit  
inibus, qui se quidem  
nobis ille offert ius-  
inuisus habere, ut  
nostra, fidelis est, et  
na non ponit, quae  
ionem ipsi, qui iustici-  
adientia aut gratia  
ititudinis praerati  
se gratos praerati  
ia vita vnum an-  
procul petit, quae  
Admonet per aeterni  
in conatibus neminem  
reptores sumus De-  
in suas preces formam  
non cognoscimus, et  
um, sumus peccatores,  
undat, et tunc reprobis  
is cui offert. Cur enim  
Psalms, loquitur  
mitatem magis impo-  
pre ferri Christiani  
omnibus, quo per  
men tuum, et magis  
s hōse officio pater-  
ficior, multam ad-  
steria omnia capere  
verunt, hoc quae  
manifestum